


Epiſtole beati Pauli apoſtoli

cùm cęteris epiſtolis & prophetiis: q̄ in dñicis: feriis & feſtis ſancto
rum per totum annum in ecclesia cantari ſolent: nupertime
ad plenum collectę: & emendatę: punctę: & diſpunctę: &
que identidem legebantur cum remiſſiōibus aſſignatę:
& ſacrę ſcripturę locis multiſq; elucidationibus aliis
notatu digniſſimis illuſtratę Hiſpali per bachalla-
rium Petrum nuñez delgado preſbyterum.·.



¶ Bachalarij Petri nuñez del gado presbyteri ad auditores exhortatorium ad uirtutem & lectio/nem sacrarum scripturarum Carmen.

¶ Forte per ignauas si uite tempora curas
Chors generosa trahis iuuenum: moresq; ferinos:
Ocia uel tardant animos: epuleq; iociq;.
Vel si quid sit amor: uel quid uenus ignea queris.
Dum tua nunc teneris pernoctant corda sub annis
Ante & q̄ roseam rumpat uerecundia frontem:
Deprecor assiduos cupias tolerare labores.
Teq; iuuet miseris deferre uiatica canis.
Postea ne tardos ploret cariosa senectus
Pertransisse dies: tristem sine nomine uitam.
Quandoquidem tacito uoluuntur secula cursu.
Hora nec ad primos que lapsa est uertitur ortus.
Et tibi lanifice properabunt fila sorores.
Hec nam cuncta premit rigide conditio sortis.
Inquam corruimus nos & quecunq; senescunt.
Ergo age fac uigiles: dextro stans limite uirtus
Presidet: officio & multo sudanda labore.
Munera que fecis tribuit famamq; perennem.
Celicolisq; facit similes: portuq; recondit.
Quam tibi (ne dubites) monstrant agiographa semper
Inclita sanctorum referant & fortia facta.
Et parat ecce uiam: tremulumq; in lumine gressum
Dirigit: & uerbis titubantia corda reformat:
Hic archana dei qui raptus in ethera uidit
Paulus: apostolici cetus uenerabilis unus.
Pabula doctrine qui terras sparsit in omnes.
Qui credenda monet. qui sensa obscura relaxat:
Corripit. hortatur. stimulat. peccata reuellit.
Quare age si ardalidum siluis assueta canoris
Hactenus es nimium: uel te si phebus: & euhan
Sollicitat. uiridisq; leuat nunc gloria laurus
Castalios ue tibi concedit cyrrha liquores.
Desine tam steriles retinere in pectore plagas
Saturnum: claudumq; senem: martemq; ferocem:

Persephonemq̧ uage ceteris sudore repertam.
Colluuiemq̧ aliam fictorum ex arte deorum
Concubitusq̧ iouis spernas & turpia furta.
Spumigene ueneris. turpiq̧ madentia tabo
Verba: quibus latitans serpit per membra uoluptas:
Et creat omne nephas humano in corpore ludens:
In uariasq̧ homines formas & terga ferarum
Saetigerosq̧ sues: uel notos uertit asellos:
Inq̧ cauerni cubas flectit: uariatq̧ leenas:
Carminibus quales fertur titania circe
Seua potens herbis socios ithacensis ulyssi
Transformasse ferox: propria ratione carentes.
Proterea chors igitur perq̃ ueneranda poetas
Qui male de fidei rebus sentire uidetur:
Et monumenta canunt scelerum: que seminat orchus.
Haud aliter quorum falluntur carmine gentes:
Quam qui prouiolis tribulos: dirasue cicutas.
Aut penitus cecus captat pro piscibus hydros.
Sed lege ueridicos uates qui pectine condunt
Sanctorum mortes: & celse uirginis acta:
Premia qui meritis tormentaq̧ debita nostris.
Et precor en iterum (nihil est preciosius ipso)
Quod paulum capias quo se mens credula pascit.
Composito uixisse animo: mentisq̧ recessus
Castos: etheree & si poscis gaudia sedis.
Perpetuumq̧ decus: placidamq̧ in morte quietem:
Ter geminus simplexq̧ deus quam deniq̧ reddat.
Qui sine principio consistens fine carebit.

Telos.

¶ Bachallarius Petrus nuñez

delgado p̄sbiter hispalitanis litterarii ludi magistris disertissimis fe-licitatem.



Laudo cōsilium vestrū reipublice litterarie principes: diuinarum humanarumq; rerū veridici moderatores: laudo in quam laudandoq; laborem vestrum nō possum non admirari: q; in informandis instruendisq; pueris adeo inuigilatis: vt nullus vobis anteferendus videatur modo bethicus: modo lusitanus: modo terraconensis sit litterarii ludi magister. (His namq; tribus nominibus vniuersa hispania disiuncta est vt appianus et mella describunt.) Decet et vos. decet medius fidius et hispalim nostram (a qua hispania dicta est) q; in grāmatica: poesi: et oratoria tantum insudetis vt veluti in reliquis aliis rebus: ita etiā et in hac: non iniuria de ea vaticinatum esse maronianum tityron in bucolicis auguremur. ibi. Uerū hec tantum alias inter caput extulit vrbes. Quantum lenta solent inter viburna cupressi. Sed nr̄i interim muneris erit (quando cathedram assumpsimus) obseruantiam pietatemq; nr̄am erga vos declarare: meq; prius incitato: admotis (vt aiunt) calcaribus quosdam vestrum impellere: atq; amice in agendis non nihil admonere. Primū itaq; erit q; a vobis fieri veli: sermonis latini accutissimi exploratores vt vos christianos esse meminerit is pueros q; vobis traditos ad erudiendum similiter. Decere q; christianos et christiana legere et christiana audire. Habeant namq; inqt hieronymus ceteri suas opes: vase gemmato bibant. serico niteāt: plausu populi delectentur: et per varias voluptates suas diuitias vincere nequeant: christianorum autē diuitie sunt in lege domini meditare die ac nocte. ianuam non patentem pulsare: sit conuiuium christus. lectio christus. quies christus. cogitatio christus. Ubi enim obsecro vt animis aliquid impartiamur: salubrior erit īgurgitatio quam in sacris? in quibus Lactantio firmiano et apostolo referentibus veritatis cognitio et cibus et potus animarum lucidissime reconditur? non igitur inmerito legendos esse autumno christianos poetas. sanctorumq; doctorumq; preclara volumina nihil. n. candidius: nihil suauius nihilq; minus fucatum commodiusq; phaleratum excogitari potest. Sed et hoc perinde erit q; non īficier exponendos similiter oratores: poetas historicos: philosophos: iuris cōsultos: et id genus opera non laciua: in quibus eloquentia recondita est. et quorum cognitio facit ne semper pueri simus. Nam si hieronymus accusatus est: non ideo. q; ciceronianus esset: sed q; non christianus qualem se falso esse predicabat: cum litteras sacras despiceret. Itaq; non studium humanitatis sed nimium studium cuiuscūq; rei extat in accusatione hieronymi reprehensum. Deinde etiā animaduertatis necesse est oportere vos: eorum quos erudiendos accepistis sic satagere: vt simul et docti fiant et sanctis imbuantur moribus. a teneris nempe assuescere multum est. (siquidem referente horatio) quo semel imbuta fuerit testa recens diu seruabit odorem. et difficulter raditur qd̄ rudes animi perhiberunt. lanarū nāq; conchylia vt idē hieronimus ait quis in pristinum reuocet colorem? cum precipue (si quintiliano credimus) cōsuetudo cotidie magis inualescat. Non enim duntaxat iuuenum estis rectores sed et parētes etiam. nec tam parum referre arbitror: boni maliue simus: vt non ausim dicere (vestra bona venia velim dixisse) nos esse potissimā causam omniū bonorum malorum ve que vbiq; terrarum fiunt. Quoniam iurisconsulti: philo

Hispania i bethicam terraconensem et lusitaniam diuiditur. Ab hispali dicta ē hispania.

Christianorū diuitie quales. In sacris veritatis cognitio est.

In studio humanitatis eloquentia est. studia humanitatis faciūt ne sēper pueri sim⁹

Quare hieronymus est accusatus.

A teneris assuescere multū est.

Omnium bo-

sophi: vrbium rectores: principes: ducesqꝫ necnon ⁊ reges: monachi: sacerdotes: episcopi: cardinales: ipsiqꝫ etiam summi pontifices: vel deniqꝫ quicunqꝫ solas litterarũ notas tenent: sub disciplina olim nostra: vel aliorum fuere paruuli virtus nostra vel vitium eorum potuit prodesse vel obesse moribus. Ueniat in medium magnus ille alexander potentissimus rex: orbisqꝫ dominator. de quo Iuuc. Unus inquit pelleo iuueni non sufficit orbis qui (vt idem hieronymus tradit) in moribus ⁊ in incessu leonide pedagogi sui non potuit carere vitiis. quibus cum adhuc paruulus: fuerat infectus. ex eo vt opinor ꝙ (vt idem dixit) procliuis est malorum emulatio. ⁊ quorum virtutes assequi nequeas: cito imitaris vitia. Coalescant ergo socii tam diuini quam humani codicis expositores: coalescant cum scientia boni mores. alterum quippe sine altero nihil est: nimucro enim si in altero esset peccandum malim ego nullas scire litteras ⁊ bene moratos esse adulescentulos: quam omnia scire ⁊ malis consuetudinibus ornatus. qd nec etiam negabit hieronymus. cum dicat bonum est multum scire ⁊ bene viuere. ꝙ si vtrumqꝫ non valemus: melius est bene viuere. Sed ⁊ in erratis quoqꝫ filiorum bonam magnamqꝫ partem sibi vendicant pleriqꝫ parentes. Tunc qꝛ fortasse discunt ab eis in tenero qd ante ingressum scholarum erat eis dediscendum. Nã vt gratiosus ille Iuuenalis refert. Si damnosa senẽ iuuat alea ludit ⁊ heres. Bullatus paruoqꝫ eadem mouet arma fritillo. Summa procuIdubio debetur pueris reuerentia quia velotius ⁊ citius nos corrumpunt vitiorum exempla domestica. Nil dictu fedum visuqꝫ hec limina tangat (inquit idem.) Intra que puer est: procul hinc procul inde puelle Lenonum: ⁊ cantus pernoctantis parasiti. Tum etiam qꝛ non putãt tradendos esse pueros continuo eminentissimo preceptori: ac si sic aliquis in maioribus emineat (vt ait Marcus fabius) ꝙ ei minora deficiant. sed apud minores pedagogos ⁊ eos fortasse viciosos putant prius immorandum. veluti si non longe peius esset dedocere: quam docere. quod quidem esset aliquantulum tollerabile (vt idem Fabius refert) minus docerent illi ⁊ non peius. Quare non possum per immortalem deũ nõ multũ dolere: cur tanta in eligendis preceptorũ viuendi modis decipiat etiam allucinatio parentes. cum precipue: si eidem hieronymo habenda est fides deligendus sit lector probe etatis: vite: condicionisqꝫ: quando quidem elementorũ ipse ordo ⁊ parua institutio preceptorũ aliter de erudito: aliter de rustico ore profertur. Non placet inquam o iuuenum moderatores ꝙ nomina ipsa vel dictata per ꝗ consuescunt pueri paulatim verba contexere ⁊ latine loqui (qd non est flocipendẽdum) sint fortuita: sed certa ⁊ coaceruata ⁊ de industria de locis videlicet prophetarum: apostolorum atqꝫ ex schedis sanctorum doctorũ excerpta necnon ⁊ de honestis (vt dixi) poetis vel oratoribus. vt hinc eloquentia: inde panis vite ⁊ intellectus errabundis puerorũ mentibus: quasi aqua: ex nitidissimo scaturiat fonte. vt dum aliud agit puer future memorie preparetur. Ad quod agendum ex his etiam nostris non nihil poteritis elicere. habetis enim iam tã cõmunes quã proprios sanctorũ hymnos ⁊ eos quidem cũ nostris enarratiunculis: pariterqꝫ ⁊ orationes sacras ad veritatem restitutas. necnõ ⁊ homilias sacrorũ doctorũ ex nostra (vt ita inquã) fornace depromptas: que per anni circulum in ecclesia latina decantari solẽt: cum his beati pauli epistolis ⁊ prophetiis aliis. quas nuper ad pristinũ statum de nouo reduxi: ⁊ non in paucis emendaui: ꝗ vel impressorum incuria: vel alicuius temerarii correctoris deprauata fuerant ꝗsqꝫ etiaꝫ sacre pagine authoritatibus: aliisqꝫ notatu dignissimis elucidaui. dediqꝫ. etiam operam vt ex adnotationibus quas in nouũ testamentũ Laurentius ille vallẽ. romani sermonis restaurator excuserat: aliquid in eis ad omnigenam eruditionem appareret. Que omnia discipulis nostris interdum non semel atqꝫ iterum. sed sepicule legẽda preponatis: necesse est. quandoquidem his ⁊ similibus documentis informandã in primis puerorum etatem: ⁊ dominici gregis pastor ille beatissimus noster Leo decimus in sancta sinodo: ⁊ illustrissimus dominus Didacus deça hispalẽsis archiepis-

norũ ⁊ malorũ causa sunt preceptores.

Nocuit alexãdro leõides pedagogus.

Procliuis est malorum emulatio.

Parentes faciunt errare filios.

Summa debetur pueris reuerentia.

Peius est dedocere ꝗ docere.

Qualis diligẽdus est lector.

Restaurator fuit laurẽtius sermonis latini.

copus in prouinciali concilio preceperunt: quod deniq; ⁊ R. dominus Hieronymus pinellus scholasticus nostre academie presul cordatissimus effectui mancipandum ordinauit. In cuius rei fidem in fronte libri preclara sui generis insignia sunt a nobis reiecta (veluti illius qui ex me omnes tum nocturnos ⁊ diurnos labores: tum etiam ⁊ festas ⁊ profestas vigilias repetere prope suo iure debet) que nostrum etiam labore ab indoctorum turba sine virtutis pondere intumescenti: ⁊ inaniter se iactitanti defensarent. His autem vigiliis meis vos sollicitandi illa potissimum causa fuit ꝙ quem vos vehementius amet habetis neminem. non ꝙ vos aliquo insigni preconio extollerem: estis enim longe lateq; famatissimi quales ⁊ patrie claritas: ⁊ virorum splendor ⁊ hic locus diuino quodam munere semper edidit. Neq; etiam ꝙ putarem indigere vos lucubrationibus meis. quamq; solitus erat dicere Plinius: nullum esse librum tam malum qui non aliqua ex parte prodesset. Sed ꝙ vobis ⁊ plerisq; lectoribus quodammodo in his exponendis adimerem laborem. ⁊ ad consulendum posteritati tardiores incitarem. Et si intelligebam studia mea nonnullis fore ingrata: nonnullis etiam suspecta: adeoq; inuisa. Sed abeant. valeant. dispereant: forte fortuna quandoq; pigebit. Et genibus prouolutis: ⁊ manibus sursum positis. veniam eflagitabunt. Quare humani codicis accuratissimi expositores: qz in beneficio conferendo plus animus quam census operatur. magisq; preponderat beniuolentia: quam possibilitas. (vt refert diuus Ambrosius) suscipite ⁊ cum animo munusculum: mea quidem sententia non malum: sed perinde erit: vt acceperitis (vt putat. M. Cicero in calce officiorum) ⁊ ea animi tranquilitate: ingenitaq; mansuetudine: ⁊ obseruantia qua me ante hac prosecuti estis: de cetero prosequi neutiquam dedignemini. non enim parum vobis expediet: saltem vt ex me maturiores fructus speretis. per bonum namq; fuit in his paruis immorari: vbi plurimum intererat: ne huiusmodi codices a multis expositi: et doctissimis glosulis circumuallati: incudosi circunferantur. quibus completis residuus sit mihi locus ad maiora ascendendi: que ingenii mei viribus fortasse sint magis digna: valete fausiter ⁊ genio fauente. Hispali idibus quintilis. A. M. d. xv.

Intumescunt indocti sine virtute.

Non est liber tam malus qui non aliqua ex parte prosit.

Epistola quid.

¶ Epistola est oratio pedestris: que absentes amicos presentes facit: tam ad voluptatem quam ad vtilitatem tum publicam tum priuatam: diuinitus excogitata. Vel sic. Epistola est legatio litteralis absenti persone vel absentibus missa: voluntatem mittentis ad plenum significans.

¶ Diciturq; epistola ab epistello verbo greco quod latine interpretatur mitto. vnde missiles dicuntur epistole.

¶ Reperta autem est epistola non alia de causa: vt ex turpiliani fabulis vetustissimis memorie traditum accepimus: nisi vt absentes amicos hoc tantum remedio presentes redderemus: eorumq; litteras intuentes interuallo locorum ac temporum interpolatam aliquantisper amicitiam instauraremus.

¶ Epistolarum genera secundum Ciceronem tria sunt. Unum quo facimus certiores absentes si quid est quod eos scire aut nostra aut ipsorum intersit. In quo genere sunt plurime apud Ciceronem ⁊ Plinium aliosq; epistole. quas ideo scripserunt quia presentes conuenire non poterant. Alterum est seuerum ⁊ graue: vt de republica: ⁊ de philosophia. In quo sunt epistole senece: diui hieronymi: diui augustini: sancti Leonis pape: multorumq; grauium virorum littere: quas scripserunt aut quia ne tunc quidem aut quia non semper conuenire poterant quos docere volebant: in hoc

etiam genere secundo sunt constitute hec quattuordecim epistole diui Pauli (non enim sunt plures: licet hic appareant in tot capitibus diuise) quarum nouem instruunt ecclesiam gentium: quattuor vero prelatos et principes ecclesie.i.reges. vna populum israel.s.qui est ad hebreos filios israel. Tertium vero est familiare et iocosum: in quo sunt nonnulle apud Ciceronem plures apud philelphum pogium et alios qui res familiares aut iocosas scripserunt. Ad hec autem tria genera viginti illa reduci possunt videlicet.commendatiuum.petitorium.munificum.demonstratiuum etc. que franciscus niger loculentissime descripsit.

Prophetia quid.

¶ Prophetia est rerum latentium preteritarum vel presentium vel futurarum ex diuina inspiratione manifestatio.vel sic. Prophetia est inspiratio vel reuelatio diuinarum rerum euentus immobili varietate denuncians.

¶ Prophetia autem a prohemi verbo greco quod est predico descendit sicut et propheta seu prophetes. propheta vero est qui futura pronunciat ab eo primum intellecta. Veteres (vt inquit festus) antistes phanorum oraculorumque interpretes prophetas dicebant. hi etiam vates dicti sunt.q.fates.i.profatores. in veteri tamen testamento videntes dicti sunt quia ea videbant que ceteri non poterant videre.

¶ Genera prophetie sunt septem. primum est extasis.i.mentis excessus. Secundum est visio vt apud Esayam. vidi dominum sedentem etc. Tertium est per somnium vt sunt somnia illa ioseph et iacob quando vidit subnixam in celo scalam domini. Quartum per nubem: sicut dominus ad moysem et iob locutus est. Quintum vox de celo. vt ad abraam in sacrificio pueri. Sextum in parabola. Septimum repletio spiritus sancti sicut sanctis viris contigit prophetare.

¶ Prophetie tempora tria sunt prout asserit Gregorius in homiliis Ezechielis.s.presens.vt est illud Joannis. Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mundi. Preteritum. vt est illud in principio creauit deus celum et terram de illo.n. tempore dixit homo: quando non erat homo. Futurum vt est illud Esaye. Ecce virgo concipiet et pariet filium etc.

ℂ Incipitur libellus epistolarum in quo continentur omnes epistole & prophetie que cãtãtur in ecclesia per anni circulum incipiẽdo a prima dñica aduentus usq; in eandem: in dñicis: feriis: & festis sanctorum: optime cõplete & emẽdate & sacre scripture locis aliisq; notatu dignissimis condecorate Hispali per bachalarium Petrum nuñez delgado presbyterum.

ℂ Dominica prima aduentus. Epistola beati pauli apostoli ad romanos. capite. xiii. littera. d.

Caput τ nõ capitulũ dicẽdũ.

NOn admiremini candidi lectores q ausus fuerim ex principiis omniu3 epistolarum abradere capitulum τ loco illius substituere hoc nomen caput quãdoquidem licet in hac significatione videlicet pro initi3 paruis librorum (qd hispanice dicimus capitulo de libro) apud triuiales vsurpetur: seculũ tamẽ eruditius nec ꝓpriẽ nec ꝑ trãslationẽ vtitur iam hac licẽtia: sed assumpsit hoc nomẽ caput. is. vt videre est apud Aulum geliũ. Quod in capite inquit superiore acritalao scriptũ esse diximus. Capitulum vero proprie pro paruo capite accipitur. vt Plautus. meũ capitulum meus ocellus. deinde sumitur pro capite colũnarum. Plinius. proximũ columnis spire subdite τ capitula abdita. sumitur deniq; pro eo quod nos hispane dicimus. cabildo de yglesia. q ibi capita negociorum exponantur.

FRatres. Scientes quia hora est iam nos de somno surgere: nũc enim proprior est nostra salus q̃ cum credidimus. Nox precessit: dies autem appropinquabit. Abiiciamus ergo opera tenebrarũ & induamur arma lucis: sic ut in die honeste ambulemus. Nõ in comessationibus & ebrietatibus. Non in cubilibus & impudicitiis. Nõ in contentione & emulatione. Sed induimini dominum nostrum iesum christum.

Animaduertite etiam lectores cãdidissimi: τ fortasse iuuabit meminisse: ea que nos sub sancte matris ecclesie correctione in marginibus adiecimus ex adnotationibus quas in nouum testamentum excuserat accuratissimus ille ac pene diuinus Laurentius vallen. que τ si non legem faciant: latinus tamẽ (grecorum veritate seruata) enũciantur ea in quibus interpres (vt ille sentit) quodammodo fuit allucinatus. Quid igitur in primis. Nunc proprior est nostra salus q̃ cum credidimus. grece non est ꝓprior sed proprius aduerbium e neutro genere factum: nec adest verbum substantiuum. τ forte sic fuit transferendum nunc proprius nos salus quam cum τc. Itẽ non in comessationibus τc. vsq; ad emulationem. in his omnibus grece abest prepositio in. est. n. non nihil differens sensus sine prepositione.

ℂ Feria quarta. Esaye prophete. cap. xl. a.

COnsolamini consolamini popule meus dicit dominus deus uester. Loquimini ad cor hierusalem & aduocate eam: quoniam completa est malicia eius: dimissa est iniquitas illius. Suscepit de manu domini duplicia pro oĩbus peccatis suis. Vox clamãtis in deserto parate uiã dñi: rectas facite in solitudie semitas dei nñi. Oĩs uallis

Mat. iii. a. Luce. iii. a.

exaltabitur & oĩs mõs & collis humiliabitur: & erũt praua in directa & aspera in uias planas. Et reuelabitur gloria dñi & uidebit oĩs caro

pariter q̄ os dn̄i locutū est. Vox dicētis. Clama. & dixi. Qui clama-
bo? omnis caro fenū: & oīs gloria eius q̄si flos feni: exsiccatū est fenū Eccle.xiiij.e.
& cecidit flos: quia sp̄us dn̄i sufflauit in eo. Vere fenū est populus: ex Jaco.j.b.
siccatū est fenū & cecidit flos: uerbū autē dn̄i manet in eternum.

¶ Feria sexta Esaye prophete. cap̄. xlii. a.

Hec dicit dominus deus. Ecce seruus meus suscipiā eum: elect⁹ meus cōplacuit sibi in illo anima mea. Dedi sp̄ūm meum su- Mat.xij.b.
per eum: iudicium gentibus proferet. Non clamabit: nec accipiet personam nec audietur foris uox eius. Calamum quassatum nō cō teret: & lignum fumigans nō extinguet. In ueritate educet iudiciū. Non erit tristis nec turbulentus donec ponat in terra iudicium & legem eius insule expectabūt. Hec dicit dominus deus creans coelos & extendens eos: firmans terram & q̄ germināt ex ea. Dans flatū populo qui est sup eam: & spiritū calcātib⁹ eā. Ego dn̄s uocaui te in iustitia. & apprehēdi manū tuā: & seruaui te & dedi te in fed⁹ populi in lucē gentiū ut aperires oculos cecoꝝ: & educeres de cōclusiōne uinctum: & de domo carceris sedētem in tenebris. Ego dn̄s hoc est nomē meū. Gloriā meā alteri nō dabo: & laudē meā sculptilibus. Que prima fuerūt ecce uenerunt: noua quoq; ego annūcio: anteq̄ oriantur audita uobis faciā. Cātate dn̄o cāticū nouum. laus eius ab extremis Psal.cxlix.
terre. Qui descēditis in mare & plenitudo eius: insule & habitatores earum. Subleuetur desertum & ciuitates eius: in domibus habitauit cedar. Laudate eum habitatores: petre de uertice montium clamabunt. Ponent dn̄o gloriam & laudē eius: in insulis nūciabunt. Dn̄s sicut fortis egredietur & sicut uir preliator suscitabit celū. Vociferabitur & clamabit: super inimicos suos confortabitur.

¶ Dominica secunda Pauli ad romanos. cap̄. xv. a.

Fratres. Quecunq; enim scripta sunt ad nostram doctrinā scripta sunt: ut per patientiam & cōsolationem scripturarum spem habeamus. Deus autem patientie & solacii det uobis idipsum sapere in alterutrum secundum iesum xp̄m: ut unanimes uno ore honorificetis deum & patrē dn̄i nostri iesu xp̄i. Propter quod suscipite inuicē sicut & xp̄s suscepit uos in honorē dei. Dico aūt iesum xp̄m ministrū fuisse circūcisiōis: ꝑpter ueritatē dei ad cōfirmādas ꝓmissiōes patrū. Gētes aūt sup mīa honorare deū sicut scriptū ē. Propterea cōfitebor tibi in gētibus dn̄o nomini tuo cātabo. Et iterū dicit. Letamini gētes cū plebe ei⁹. Et iterū. Laudate oēs gentes dn̄m: & magnificate eū oēs populi. Et rursum. Esayas ait. Erit radix iesse & q exurget regere gētes: in eū gētes sperabūt. Deus aūt spei repleat uos oī gaudio & pace in credendo: ut abundetis in spe & uirtute spiritussancti.

ij.Regū.xxij.d Psal.xvij. Psal.cxvj. Esaye.xj.c.

Quecunqȝ ſcripta ſunt: grece eſt inquit Laurentius in vtroqȝ preſcripta. ſiue ante ſcripta ſunt. Item idipſum ſapere. non intelligit valla cur poti⁹ dicat idipm quã idẽ q: latini pro greco idipſum habẽt idẽ. Itẽ in alterutrum: dicendum erat inuicẽ. ſeu mutuo nõ alterutrum qđ ſignificat alterũ vtrũ velis: q: tã ratione propoſitiõis quã ſignificationis nõ dicitur latine in alterutrũ. Itẽ gentes aũt ſup mi. incli⁹ eſſet ꝓpter miſericordiam ſicut ſupra propter veritatem.

¶ Feria quarta Eſaye prophete cap̃. xliii. a.

HEc dicit dominus deus creans te iacob & formãs te iſrael. Noli timere quia redemi te: uocaui te nomine tuo meus es tu. Cum tranſieris per aquas tecum ero: & flumina non operiẽt te. Cum ambulaueris in ignem. nõ cõbureris: & flãma non ardebit in te. Quia ego dominus deus tuus ſanctus iſrael ſaluator tuus: dedi propitiationem tuam egyptum & ethiopiam & ſabba pro te. Ex quo honorabilis factus es in oculis meis & glorioſus: ego dilexi te. Et dabo homines pro te: & populos pro anima tua. Noli timere quoniam tecum ſum ego. Ab oriente adducã ſemen tuũ: & ab occidẽte congrega-
Eſaye. xlv. c. bo te. Dicam aquiloni da: & auſtro noli ꝓhibere. Affer filios meos de longinquo: & filias meas ab extremis terre. Et omnem qui inuocat nomẽ meum in gloriã meã creaui eum. Formaui eũ & feci eum. Educ foras populũ cecum & oculos habẽtẽ: ſurdum & aures ei ſunt. Omnes gentes congregate ſunt ſimul & collecte ſunt tribus. Quis in uobis annunciet iſtud: et q̃ prima ſunt audire uos faciet. Dent teſtes eorũ et iuſtificentur: et audiant et dicant. Vere uos teſtes mei dicit dñs: & ſeruus meus quẽ elegi. Vt ſciatis & credatis mihi & intelligatis: quia ego ipſe ſum. Ante me nõ eſt format⁹ deus: & poſt me nõ erit. Ego ſum dñs & nõ eſt abſqȝ me ſaluator. Ego annunciaui & ſaluaui. Auditũ feci: & non fui in uobis alienus. Vos teſtes mei dicit dñs & ego deus. Et ab initio ego ipſe: & nõ eſt qui de manu mea eruatur.
Oſee. xiij. b. Operabor & quis auertet illud? ait dñs omnipotens.

¶ Feria ſexta Eſaye prophete. cap̃. li. a.

HEc dicit domin⁹. Audite me qui ſequimini quod iuſtum eſt: & queritis deum. Attẽdite ad petrã unde exciſſi eſtis: & ad cauernam laci de qua preciſſi eſtis. Attẽdite ad abrahã patrẽ ueſtrum & ad ſarram que peperit uos. Quia unum uocaui eum & benedixi ei & multiplicaui eum. Conſolabitur ergo dominus ſyon: & conſolabitur omnes ruinas eius. Et ponet deſertum eius quaſi delicias: & ſolitudinem eius quaſi ortũ dñi. Gaudium & leticia inuenietur in ea: gratiarum actio & uox laudis. Atendite ad me popule meus: & tribus mea me audite. Quia lex a me exiet: & iudiciũ meũ in lucẽ populoꝝ requieſcet. Prope eſt iuſt⁹ me⁹ egreſſus eſt ſaluator me⁹: & brachia mea populos iudicabũt. Me inſule expectabũt & brachiũ meũ ſuſtinebunt.

Leuate in celū oculos uros:& uidete sub terra deorsum. Quia celi si cut fumus liqscent et terra sicut uestimentū atteretur. Et habitatores eius sicut hec interibunt. Salus autem mea in eternum erit: et iustitia mea non deficiet: ait dominus omnipotens.

¶ Dominica tertia. Pauli ad corinthios prima. cap. iiii. a.

FRatres. Sic nos existimet homo ut ministros christi & dispensatores ministeriorū dei. Hic iam qritur inter dispēsatores ut fidelis quis inueniatur. Mihi autē pro minimo ē ut a uobis iudicer aut ab hūano die: sed nec me ipsū iudico. Nihil enim mihi cōscius sum: sed non in hoc iustificatus sum. Qui autem iudicat me dominus est itaq; nolite ante tempus iudicare quoadusq; ueniat dominus qui & illuminabit abscondita tenebrarum: & manifestabit cōsilia cordiū. Et tunc laus erit unicuiq; a deo. Ante tempus non est iudicādum.

¶ In feria. iiii. quattuor tēporum lectio Esaye prophete. cap. ii. a. Miche. iiii. a.

IN diebus illis. Dixit Esayas: erit in nouissimis diebus preparat⁹ mons domus dñi in uertice mōtiū: & eleuabitur sup colles: & fluent ad eum omnes gētes: et ibunt populi multi & dicēt. Venite ascēdamus ad montē domini: & ad domum dei iacob: & docebit nos uias suas: & ambulabimus in semitis ei⁹ qa de syō exibit: & uerbum dñi de hierusalē. Et iudicabit gētes: & arguet populos multos. Et cōflabunt gladios suos in uomeres & lanceas suas: in falces. Non leuabit gens cōtra gentē gladium: nec exercebuntur ad prelium. Dom⁹ iacob uenite et ambulemus in lumine domini dei nostri. Miche. iiii. b.

¶ Lectio Esaye prophete cap. vii. b.

IN diebus illis. Locutus est dominus ad achaz dicens. Pete tibi signum a domino deo tuo in profundū inferni siue in excelsum supra. Et dixit achaz. Non petā et nō tentabo dñm. Et dixit. Audite ergo domus dauid. Nō quid parū uobis est molestos esse hominib⁹ quia molesti estis & deo meo: ꝓpter hoc dabit dñs ipse uobis signū. Ecce uirgo concipet & pariet filiū: & uocabitur nomē ei⁹ hemanuel. Butyrū & mel comedet ut sciat reprobare malū: & eligere bonum. Matth. i. d. Luce. i. c.

Butyrū .i. cū ypsilō q: greca dictio est. bois. .i. bouis ꝛ tyros caseus ē. q. bouis caseus. produciturq; apud nos ante penultimam apud illos vero pen.

¶ Feria sexta Esaye prophete. cap. xi. a.

HEc dicit dominus deus. Egredietur uirga de radice iesse: & flos de radice eius ascendet. Et requiescet super eum spiritus domini: spiritus sapientie et intellectus. spiritus consilii & fortitudinis: spiritus scientie & pietatis: & replebit eum spūs timoris domini. Non secundū uisionē oculoꝝ iudicabit: nec secundū auditū auriū arguet: sed iudicabit in iustitia pauperes & arguet in eqtate ꝓ māsuetis terre. Septem dona spūs sancti.

ii.Thessa.ii.b. Et percutiet terram uirga oris sui: & spiritum labiorum suorū inter
ficiet impium. Et erit iustitia cingulum lumborum eius: & fides cin
ctorium renum eius.

¶ Sabbato. Esaye prophete.cap.xix.d.

IN diebus illis. Clamabūt ad dnm̄ a facie tribulātis: & mittet eis
saluatorē & propugnatorē qui liberet eos. Et cognoscetur dn̄s
ab egypto. Et cognoscēt egyptii dn̄m in die illa: & colēt eum in ho
stiis & muneribus: & uota uouebunt dn̄o & soluēt. Et percutiet do
minus egyptum plaga: & sanabit eam. & reuertentur ad dominum
& placabitur eis: & sanabit eos dominus deus noster.

¶ Esaye prophete.cap.xxxv.a.

HEc dicit dominus. Letabitur deserta et inuia: & exultabit solitu
do & florebit sicut liliū. Germinans germinabit: & exultauit le
tabunda & laudans. Gloria libani data est ei: decor carmeli & sarō.
Ipsi uidebunt gloriā dn̄i & decorem dei nostri. Cōfortate manus dis
solutas & genua debilia roborate. Discite pusillanimes: conforta
Mat.xv.c. mini & nolite timere. Ecce deus noster ultionem adducet retributio
nis. deus ipse ueniet & saluabit nos. Tunc aperientur oculi cecorum
& aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut ceruus claudus: & ap
ta erit lingua mutorum. Quia scisse sunt in deserto aque: & torren
tes in solitudine. Et que erat arida in stagnum: et sitiens in fontes aq̄
rum. Ait dominus omnipotens.

¶ Lectio Esaye prophete.cap.xl.b.

HEc dicit dominus. Super montē excelsum ascende tu qui euan
gelizas syon: exalta in fortitudine uocem tuā qui euangelizas
hierusalem. Exalta noli timere. Dic ciuitatibus iude. Ecce deus ue
ster. Ecce dominus deus in fortitudine ueniet: & brachium eius do
Esa.lxii.d. minabitur. Ecce merces eius cum eo & opus illius coram illo. Sicut
pastor gregē suum pascet: in brachio suo cōgregabit agnos: & in
sinu suo leuabit eos dominus deus noster.

¶ Esaye prophete.cap.xlv.a.

HEc dicit dominus. Christo meo cyro cuius apprehendi dexte
ram: ut subiiciam ante faciem eius gentes: & dorsa regum uer
tam: & aperiam coram eo ianuas: & porte non claudentur. Ego an
te te ibo. et gloriosos terre humiliabo: portas ereas conteram et ue
ctes ferreos confringam. Et dabo tibi thesauros absconditos et ar
chana secretorum: ut scias quia ego dominus: qui uoco nomen tu
um deus israel: ꝓpter iacob seruū meū et israel dilectū meū. Et uo
caui te nomine meo. assimulaui te et nō cognouisti me. Ego dn̄s &
nō est amplius: extra me nō est de⁹. Accinxi te et nō cognouisti me.

Vt sciant hi q ab ortu solis: et q ab occidēte quoniam absq; me nō est de⁹. Ego dñs & nō est alter: formās lucē & creās tenebras: faciēs pacem & creās malū. Ego dñs faciēs omnia hęc. Rorate cęli desuper & nubes pluāt iustum aperiatur terra et germinet saluatorē. Et iustitia oriatur simul ego dominus creaui eum.

¶ Danielis prophete. cap. iii. e.

IN diebus illis. Angelus domini descendit cum azaria et sociis eius in fornacem: et excussit flāmam ignis de fornace: & fecit medium fornacis quasi uentum roris flātem. flāma autem diffusa ē super fornacem cubitis quadragita nouem & incendit quos reperiit iuxta fornacem de caldeis ministros regis qui eam incendebant. Et non tetigit eos omnino ignis: nec contristauit nec quicq̄ molestie intulit. Tunc hi tres quasi ex uno ore laudabāt et glorificabāt et benedicebāt deū in fornace dicētes. Benedictus es dñe deus patrū nostrorū et laudabilis & gloriosus et supexaltat⁹ in secula. Et benedictū nomē glorie tue sanctū: et laudabile & supexaltatū in omnibus seculis. Bñdict⁹ es in tēplo sancto glorie tue: et suplaudabilis & sup gloriosus in secula. Bñdict⁹ es in throno regni tui et suplaudabilis & supexaltat⁹ in secula. Bñdict⁹ es q intueris abyssos: et sedes super cherubin & laudabilis et supexaltatus in secula.

¶ Beati pauli Ad thessalonicenses secūda. cap. ii. a.

FRatres. Rogam⁹ uos per aduētum dñi nostri iesu christi et nře cōgregatiōis in ipsū ut nō cito moueamini: a uřo sēsu: nec terreamini: nec per spūm: nec per sermonē: nec per epistolā tanq̄ per nos missam q̄si instet dies dñi. Nemo uos seducat ullo modo. Quoniam nisi dissensio uenerit primum & reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis: qui aduersatur et extollitur supra omne quod dicitur deus: aut q̄ collitur: ita ut in templo dei sedeat ostēdens se tāq̄ sit de⁹. Nō retinetis q̄ cum adhuc essem apud uos hęc dicebā uobis. Et nūc quid detineat scitis ut reueletur in suo tempore. Nā mysteriū iam operatur iniquitatis. Tātum ut qui tenet nunc teneat: donec de medio fiat. Et tunc reuelabitur ille iniquus: quē dominus iesus interficiet spiritu oris sui: & destruet illustratione aduētus sui.

Super omne qđ dicitur de⁹ aut qđ colitur. grece est super omnē q̄ dicitur de⁹ aut cultus. Itē ostendēs se tanq̄ sit de⁹. melius esset quasi sit de⁹. & deest textus in hac littera. s. vt reueletur i tēpore suo i quo etiā deest ille vt sit reueletur ille in tempore suo.

¶ Dominica quarta Pauli ad philippē. cap. iiii. a.

FRatres. Gaudete in dño semp iterum dico gaudete. Modestia uestra nota sit omnibus hominibus. dñs enim prope est. Nihil soliciti sitis: sed in omni oratione & obsecratione cum gratiarum actione: petitiones uestre innotescant apud deum: & pax dei q̄ exuperat omnē sensum: custodiat corda uestra & intelligentias uestras. In christo iesu domino nostro.

Esa. xl. a.

Pax dei q̄ exupat omnē sensum. Ualla. cur nō mētem siue intellectum potius q̄3 sen sum: sicuti post dicit intelligentias qd nomē ab illo superiori descendit. Item custodiat cor melius esset custodiet.

¶ Iu uigilia natalis dn̄i Esaye cap̄. lxii. a.

HEc dicit dominus. Propter syon non tacebo & propter hieru salē non quiescā: donec egrediatur ut splēdor iustus eius: & sal uator eius ut lampas accēdatur. Et uidebunt gentes iustum tuum: & cūcti reges inclitum tuum. Et uocabitur tibi nomē nouum quod os domini nominauit. Et eris corona glorie in manu dn̄i tui: & diade ma regni in manu dei tui. Nō uocaberis ultra derelicta: & terra tua non uocabitur amplius desolata. Sed uocaberis uolūtas mea in ea. Et terra tua inhabitabitur. Quia cōplacuit dn̄o in te.

¶ Beati pauli ad romanos. cap̄. primo. a.

FRatres. Paulus seruus iesu christi uocatus apostolus: segrega tus in euangelium dei: quod ante ꝓmiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo factus qui est ei ex semine dauid secū dum carnem. Qui predestinatus est filius dei in uirtute secundum spiritum uiuificationis ex resurrectione mortuorum iesu christi dn̄i nostri. Per quem accepimus grām & apostolatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius: in quibus estis & uos uo cati. Iesu christi domini nostri.

Paulus seruus iesu xp̄i vocatus apl's ꝛc. Ualla Nō est hic accipiēdū vocatus pro nominatus qualc ē illud matthei. de qua natus ē Jesus qui vocat xp̄s. Nā hoc pin de est ac si diceretur vocatus ī apostolatū. Aut forte sic est legēdū. apostolus separa tus in euangelium: vt sit Paulus seru⁹ xp̄i vocatus. q̄les erāt qui a romanis dice bant euocati qui sine vllo appositio sic dicebant qui ad auxiliū rei bellice vt amici ac cersebantur: hoc probat id quod paulo post sequitur: in quibus estis ꝛ vos vocati ie su christi quasi electi iesu christi. quid multa eadē ratione dicant nūc vocati substā ti ue q̄ dicitur apl'i: id est missi ideo aliud est vocabulum illic. qui vocat xp̄s. aliud hic. Itē. Qui factus est ei ex semine dauid: grece potius est qui genitus est ei. Itē secūdū spiritū sanctificationis ꝛ resurrectionem mortuorum iesu xp̄i dn̄i nr̄i: neq3 mortuoꝝ iesu xp̄i videtur nūc dici posse: q2 vnus mortuorum est ipse iesus xp̄s: neq3 resurrectio nem iesu xp̄i q2 dicitur spūs resurrectionis: ergo nō p genitiuū nr̄3 fuit genitiu⁹ gre cus trāsferēdus sed per ablatiuū vt ille sapior de filio suo ad quod nunc refert iesu xp̄o dn̄o nostro. Nā si transfererēt ad verbum sic trāsfererēt de filio suo genito ex se mine dauid secūdum carnem destinato filio dei in potentia scd̄m spiritum sanctifi cationis ꝛ resurrectionis mortuorum iesu xp̄o domino nostro.

¶ In natiuitate dn̄i. in missa de galicantu Esaye. cap̄. ix. a.

HEc dicit dn̄s. Populus gētium qui ambulabat in tenebris uidit lumen magnum habitantibus in regione umbre mortis: lux orta est eis. Paruulus enim natus est nobis filius dat⁹ est nobis. Et fa ctus est principatus super humerum eius: & uocabitur nomen eius admirabilis consiliari⁹: deus fortis pater futuri seculi: princeps pa

cis: multiplicabitur eius imperium: & pacis non erit finis. Super soli um dauid & super regnum eius sedebit: ut cōfirmet illud. Et corroboret in iuditio & iustitia a modo & usq; in sempiternum.

¶ Beati pauli Ad titum. cap. ii. c.

Charissime. Apparuit enim gratia dei & saluatoris nostri oibus hominibus erudiens nos ut abnegantes impietatem & secularia desideria: sobrie & iuste & pie uiuamus in hoc seculo. Expectātes btām spem & aduētum glorie magni dei: & saluatoris nr̄i iesu xp̄i. Qui dedit semetipsum pro nobis: ut nos redimeret ab omni iniquitate: & mūdaret sibi populū acceptabilem sectatorē bonorū operū. Hec loquere & exhortare. In xp̄o iesu domino nr̄o.

Secularia. vel grece of mundana. Aduentū glo. grece of apparitionem itaq; non sit contrarietas quamuis dixerit supra appruit. Item popu. acceptabilem. grece est peculiarem.

¶ In missa de luce. Esaye propheta. cap. lxi. a.

Hec dicit dn̄s. Spiritus domini sup me eo q̄ unxerit me dn̄s: ad annūciandū mā suetis misit me ut mederer contritos corde: & predicarē captiuis indulgentiam: & clausis apertionē. & predicarem agnū placabilē dn̄o: & diē ultionis deo nostro: ut consolarer omnes lugentes ut ponerē cōsolationem lugētibus syō. Et darē eis coronā pro cinere. oleum gaudii pro luctu: paliū laudis pro spū meroris. Et uocabūtur in ea fortes iusticie plātatio dn̄i ad glorificādū. Ecce dn̄s auditū fecit ab extremis terre. Dicite filie syon. Ecce saluator tu⁹ uenit: ecce merces eius cum eo: & opus illis corā ipso. & uocabunt eos populus sanctus redempti a domino deo nostro.

Luce. iiii. c.

Capi. lxii. d.

¶ Beati pauli ad titum. cap. iii. b.

Charissime. Apparuit benignitas & hūanitas saluatoris nr̄i dei. Non ex operibus iusticie q̄ fecimus nos: sed secundum suā misericordiā saluos nos fecit. Per lauacrum regenerationis & renouationis spiritussancti: quē effudit in nos abunde: per iesum xp̄m saluatorem nostrum. Vt iustificati gratia ipsius: heredes simus secūdum spē uite eterne. In christo iesu domino nostro.

Secundū suā misericordiam nos saluos fecit deus.

¶ Ad missam maiorē lectio Esaye prophete. cap. lii. b.

Hec dicit dominus. Propter hoc sciet populus meus nomē meū in die illa: quia ego ipse qui loquebar ecce adsum. Quam pulchri super montes pedes annunciantis & predicantis pacem annunciantis bonū predicantis salutem: dicentis syon regnabit deus tuus. Vox speculatorū tuorū leuauerūt uocē: simul laudabūt quia oculo ad oculū uidebunt cū cōuerterit dn̄s syon. Gaudete & laudate simul deserta hierusalem quia cōsolatus est deus populū suū: redemit hierusalē. Parauit dn̄s brachium sanctū suū in oculis omniū gētium. Et uidebunt omnes fines terre salutare dei nostri.

Naum. i. d. Ro. x. c.

Psal. xcvii.

¶ Beati pauli ad Hebreos. cap. primo. a.

Olim deus lo quens. Al. ne diceret inter- pres bis. locu- tus. dixit loqns: cũ grece qđ eſt longe melius di catur locutus. Itẽ portanſq; oia. grece eſt fe rens. item pur ga. pec. faci. grece quoq; ẽ que per ſeipm purgationem peccatorũ no ſtrorum fecit. Item ſedet ad dexteram ſiue in dextera.
Pſal.ij.
Actuũ.xiij.e.
ij.Regũ. vij.b.
Pſal.xcvj.
Pſal.ciij.
Pſal.xliiij.
Pſal.cj.

FRatres. Multifarie multiſq; modis olim deus loquens patribus in prophetis: nouiſſime diebus iſtis locutꝰ eſt nobis in filio: quẽ cõſtituit heredẽ uniuerſorum per quẽ fecit & ſecula. Qui cũ ſit ſplen dor glorie & figura ſubſtãtie eius: portãſq; omnia uerbo uirtutis ſue purgationem peccatorum faciens ſedet ad dexterã maieſtatis in ex- celſis. Tanto melior angelis effectus: quãto differẽtius pre illis no- men hereditauit. Cui enim dixit aliquando angelorum: filius meus es tu ego hodie genui te. Et rurſum. Ego ero illi in patrẽ & ipſe erit mihi in filium. Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terre dicit. Et adorent eum omnes angeli dei. Et ad angelos quidẽ dicit. Qui facit angelos ſuos ſpiritus & miniſtros ſuos flãmã ignis. Ad filium autem. Tronus tuus deus in ſeculum ſeculi: uirga equita- tis uirga regni tui. Dilexiſti iuſtitiam: & odiſti iniquitatẽ. propterea unxit te deus deus tuus oleo exultationis pre participibus tuis. Et tu in principio domine terram fundaſti & opera manuum tuarũ ſunt cœli. Ipſi peribunt tu autem permanebis: & omnes ſicut ueſtimentũ ueteraſcent. Et uelut amictum mutabis eos & mutabuntur. Tu au- tem idem ipſe es: & anni tui non deficient.

Dñica infra octauas natalis dñi. Beati pauli ad galatas cap.iiii.a.

FRatres. Quanto tẽpore heres paruulus eſt: nihil differt a ſeruo cum ſit dominus omnium: ſed ſub tutoribus & autoribus eſt uſ q; ad prefinitum tempus a patre. Ita & nos cum eſſemus paruuli: ſub elementis mundi huius eramus ſeruientes. At ubi uenit plenitudo tẽ poris: miſit deus filium ſuum: natum ex muliere: factum ſub lege: ut eos qui ſub lege erant redimeret: ut adoptionem filiorum reciperet- mus. Quoniam autem eſtis filii dei: miſit deus ſpiritũ filii ſui in cor- da ueſtra: clamantem abba pater. Itaq; iam non eſt ſeruus ſed filius. Quod ſi filius: & heres per deum.

Ro.viij.c.

In circũciſione dñi in miſſa de prima. Pauli ad titũ cap.iii.b.

CHariſſime. Apparuit benignitas & humanitas. Require ſupra in natiuitate domini. fo.viii.

Ad miſſam maiorem. Beati pauli ad titum.cap.ii.c.

CHariſſime. Apparuit gratia dei ſaluatoris noſtri. Reqre ſupra in natiuitate domini. fo.viii.

In epiphania domini. Eſaye prophete.cap.lx.a.

SVrge illuminare hieruſalem quia uenit lumen tuum: & gloria domini ſup te orta eſt. Quia ecce tenebre operiẽt terram & ca- ligo populos. Super te autem orietur dominus & gloria eius in te ui debitur: & ambulabunt gentes in lumine tuo & reges in ſplendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos & uide: omnes iſti congrega-

ti sút: uenerút tibi. Filii tui de lóge ueniét: & filie tue de latere surgét. Túc uidebis & a flues: & mirabitur & dilatabitur cor tuú: quãdo conuersa fuerit ad te multitudo maris: fortitudo gétiú uenerit tibi inundatio camelorum operiet te dromedarii madian & effa. Omnes de sabba uenient aurum & thus deferentes & laudé dño annúciantes.

¶ Dñica prima post epiphaniam. Ad romanos. cap. xii. a.

FRatres. Obsecro uos per misericordiã dei: ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem: sanctam: deo placenté: rationabile obsequium uestrú. Et nolite conformari huic seculo: sed reformamini in nouitate sensus uestri: ut probetis que sit uoluntas dei bona: & beneplacens & perfecta. dico enim per gratiã que data est mihi oĩbus qui sunt inter uos: nõ plus sapere quã oportet sapere: sed sapere ad sobrietatem: & unicuiq sicut diuisit deus mensurã fidei. Sicut eñ in uno corpore multa membra habemus omnia autem mébra non eundem actum habent: ita multi unú corpus sumus in christo. Singuli autem alter alterius membra. In christo iesu domino nostro.

Reforma. in noui. sensu. Valla mauult dicere in nouitate mentis vestre. Nõ plus sapere q̃ ꝛc. Vall. nõ legitur grece plus sed semp sine supra nec sapere sed sentire. hoc est ne velitis de vobis sentire supra q̃ oportet sentire de vobis. Item ad sobrietatez. hieronymus apud vallam negat recte trãslatum: sed transferri debere ad pudicitiã. Item singuli asit. al. al. mẽ. grece est. singuli autem mutuo membra: quod etiam elegantius dicimus alius alterius membra q̃ alter al. mẽ.

¶ Feria quarta. Ad romanos. cap. iii. c.

FRatres. Scimus qm̃ quecunq lex loquitur: his qui in lege sunt loquitur: ut omne os obstruatur: & subditus fiat omnis múdus deo. Quia ex operibus legis nõ iustificabitur oĩs caro coram illo. Per legem enim cognitio peccati. Núc auté iustitia dei sine lege manifestata est: testificata a lege & prophetis. Iustitia autem dei per fidé iesu christi in omnes & super omnes qui credút in eú. Nõ eñ est distinctio iudei & greci. Omnes enim peccauerunt: & egét gloria dei. Iustificati gratis per gratiã ipsius: per redéptioné q̃ est in xp̃o iesu domino nostro. Qué proposuit deus propitiatoré p fidem in sanguine ipsius: ad ostẽsioné iustitie sue: propter remissionem pcedétiú delictoꝝ in sustẽtationem dei ad ostensionem iustitie sue in hoc tempore: ut sit ipse iustus & iustificans eum qui ex fide est iesu xp̃i domini nostri.

Quem proposuit deus propitiatorem. Valla. quidaz codices habet propitiationez grece est propitiatorium.

¶ Feria sexta. Petri apostoli secúda. cap. i. d.

CHarissime: non indoctas fabulas secuti notam fecimus uobis domini nostri iesu christi uirtutem: & prescientiam: sed speculatores facti illius magnitudinis. Accepit enim a deo patre honorem & gloriam: uoce delapsa ad eum huiuscemodi a magnifica gloria. Hic est enim filius meus dilectus in quo mihi bene cõplacui: ipsum

audite. Et hác uocem nos audimus de celo allatam cum essemus cũ ipso in mõte sancto. Et habemus firmiorem propheticũ sermonẽ: cui benefacitis attẽdẽtes q̃si lucerne lucẽti in caliginoso loco: donec dies illucescat & lucifer oriatur in cordibus uestris: & hoc primũ intelligentes q omnis prophetia scripture propria interpretatione non fit. Nõ enim uolũtate humana allata est aliquãdo prophetia sed spiritu sancto inspirati locuti sunt in nomine dñi sancti dei omnes.

Nõ in doctas fab. Uall. grece nõ est indoctas sed doctas fab. q. astutas & sophisticas. Itẽ sed speculatores. nõ minus apte trãsferretur inspectores siue cõtemplatores q: nec a speculis nec a specula hoc nomẽ dicitur. Item illius magni dicẽdum est magnitudinis illius. s. xp̃o q sit illius generis masculini. Itẽ I quo mihi bene cõplacui. grece est in quo ego cõplacui siue bene placui siue bene volui.

¶ In octaua epiphanie Esaye cap̃.

DOmine deus meus honorificabo te: laudem tribuam nomini tuo qui facis mirabiles res. Consilium antiquum uerum fiat. Domine excelsum est brachium tuum deus sabbaoth: corona spei: que ornata est gloria. Exultet desertum & exultent solitudines iordanis: & populus meus uidebit altitudinem celi & maiestatẽ dei. Et erit congregatus et redemptus per deum. Et uenient in syon cum laude et letitia sempiterna: super capita eorum laus et exultatio. Et aperiam in montibus flumina: in mediis campis fontes dirumpam: & terram sitientem sine aqua cõfundam. Ecce puer meus exaltabitur: et letabitur & sublimis erit ualde. Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris: & dicetis in illã die. Confitemini domino et inuocate nomen eius. Notas facite in populis uirtutes eius cantate domino: quia mirabilia fecit. Annunciate hoc in uniuersa terra. Dicit dominus omnipotens.

Psal. cxlvi.

¶ Dominica secunda post epiphaniam.

Pauli ad romanos cap̃. xii. b.

FRatres. Habentes donationes secũdum gratiã q̃ data est nobis differentes. Siue prophetiã: secundũ rationẽ fidei. Siue ministeriũ in ministrãdo. Siue qui docet in doctrina. Qui exhortatur: in exhortando. Qui tribuit in simplicitate. Qui preest in sollicitudine. Qui miseretur: in hilaritate. Dilectio: sine simulatione. Odiẽtes malũ: adherẽtes bono. Charitatẽ fraternitatis inuicẽ diligẽtes. Honore inuicẽ p̃uenientes. Sollicitudine nõ pigri. Spiritu feruẽtes: dño seruiẽtes. Spe gaudẽtes: in tribulatione patiẽtes. Orationi instantes. necessitatibus sanctorum communicãtes. Hospitalitatẽ sectãtes. Benedicite persequẽtibus uos: benedicite: & nolite maledicere. Gaudete cum gaudentibus. flete cum flentibus. Idipsum inuicem sentientes. Non alta sapientes: sed humilibus consentientes.

Siue prophe. secũdũ rõnem fidei. Uall. secundum proportionem fidei ait transferendum fuit aut legendum.

Amos. v. a.

ℭ Feria quarta. Beati pauli ad colossenses cap. i. d.

FRatres. Audistis dispensationem dei que data est mihi in uobis ut impleam uerbum dei. Mysteriũ quod abscõditum fuit a seculis & generationibus: nunc autem manifestum est sanctis eius quibus uoluit deus notas facere diuitias glorie sacramenti huius in gentibus quod est christus: in nobis spes glorie: quem nos annunciam' corripientes omnem hominem: & docentes in omni sapiẽtia: ut exhibeamus omnem hominem perfectum. In christo Iesu domino nostro.

Quibus voluit deus. n. f. d. g. s. h. quod est xps. grece inquit valla nõ est quod sed qui est. quod transferendum est que sunt. nam refertur ad diuitias q̃ sunt generis masculini & numeri singularis grece: et nunc etiã casus nominatiui. Nã dicitur quibus voluit deus notum facere que diuitie glorie mysterij huius sint. siue qui est. vt relatiuum nõ respondeat antecedenti sed apposito & putatur modus elegãtior. Item corripientes. nec grece est corrip. sed cõmouentes siue cõmouere facientes.

ℭ Feria sexta. Beati pauli ad Thimoteum prima. cap. i. c.

CHarissime. Fidelis sermo & omni acceptione dignus: quia xps iesus uenit in hunc mũdum peccatores saluos facere quorum primus ego sum. Sed ideo misericordiam consecutus sum. ut in me primum ostenderet christus iesus omnem patiẽtiam ad informationem eorum qui credituri sunt illi in uitam eternam. Regi autem seculorũ imortali inuisibili soli deo honor & gloria in secula seculorum.

ℭ Dominica tertia. Beati pauli ad Romanos cap. xii. d.

FRatres. Nolite esse prudentes apud uos metipsos nulli malum pro malo reddentes. Prouidẽtes bona. nõ tantum coram deo: sed etiam corã omnibus hominibus. Si fieri potest q̃ ex uobis est: cũ omnibus hominibus pacem habentes. Nõ uos metipsos defendentes charissimi: sed date locũ ire. Scriptum est enim. Mihi uindictam ego retribuam dicit dñs. Sed si esurierit inimicus tuus: ciba illũ. Si sitit: potum da illi. Hec enim faciẽs: carbones ignis congeres sup caput eius. Noli uinci a malo: sed uince in bono malum.

Nõ vosmetipsos defendentes. Valla dicẽs ĩsi putat vindicantes vosmet.
Itẽ mihi vindictam grece ẽ mihi vindicta nominatiui casus.
Deu. xxxij. d.
Hebr. x. f.

ℭ Feria quarta. Beati pauli ad Hebreos cap. iii. a.

FRatres. Considerate apostolum & pontificem confessionis nostre iesum: qui fidelis est ei qui fecit illum: sicut et moyses in omni domo illius. Tanto amplioris enim glorie iste pre moyse dignus habitus est: quanto ampliorem honorem habet domus qui fabricauit eam. Omnis nãq̃ domus fabricatur ab aliquo. Qui autem omnia creauit deus est. Et moyses quidem fidelis erat in tota domo eius: tanq̃ famulus in testimonium eorum q̃ dicenda erãt. Xps uero tanq̃ filius in domo sua. Que domus sumus nos: si fiduciam & gloriam spei eius usq̃ ad finem firmam retineamus.

Nume. xij. d.

Cāto amplioris.n.gloria. Valla. Ampliori gloria dicendū erat vt ratio lingue latine postulat. Item quanto amplio.do.dom⁹.domus genitiuus casus est. ⁊ latinius ⁊ verius dicendum erat domo in ablatiuo.

¶ Feria sexta. Ioannis apostoli prima. capi.ii.b.

CHarissimi. Qui dicit se in luce esse: & fratrem suum odit. in tenebris est usq; adhuc. Nam qui diligit fratrem suum in lumine manet: & scandalū in eo non est. Qui autem odit fratrem suum in tenebris est & in tenebris ambulat: & nescit quo eat: quoniam tenebre obcecauerunt oculos ei⁹. Scribo uobis filioli: quoniā remittūtur uobis peccata uestra propter nomē eius. Scribo uobis patres: qm̄ cognouistis eum qui ab initio est. Scribo uobis adolescētes: quoniā uicistis malignum. Scribo uobis infantes: quoniam cognouistis patrem. Scribo uobis iuuenes: quia fortes estis: et uerbum dei in uobis manet et uicistis malignum.

Scribo vobis infantes. Val. quis ad infantes scribit? cur nō potius scribo vobis pueri: aut scribo vobis filioli.

¶ Dñica quarta. Beati pauli ad Romanos. capi.xiii.c.

FRatres. Nemini quicq̄ debeatis: nisi ut inuicem diligatis. Qui enim delexit proximum: legem impleuit. Nam non adulterabis: non occides. non furaberis. non falsum testimonium dices. non concupisces rem proximi tui. Et si quod est aliud mādatum: in hoc uerbo instauratur. Diliges ꝓximum tuum sicut te ipsum. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio.

Deute.v.b.

Mat.xxii.d.

¶ Feria quarta. Beati pauli ad Romanos. capi.v.b.

FRatres. Sicut per unum hominem in hunc mundum peccatū intrauit: & per peccatum mors: et ita in omnes homines mors ptransiit: in quo omnes peccauerunt: usq; ad legem enim peccatū erat in mundo: peccatum autem non imputabatur cū lex non esset. Sed regnauit mors ab adam usq; ad moysem: etiam in eos qui non peccauerunt: in similitudinem preuaricatiōis ades. qui est forma futuri. Sed non sicut delictum ita et donum. Si enim uni⁹ delicto multi mortui sunt: multo magis gratia dei: et donum in gratia uni⁹ hominis iesu christi in plures abundauit. Et non sicut per unum peccatum ita & donum. Nam iudicium quidem ex uno in condēnationē: gratia autem ex multis delictis in iustificationem.

Ante legē non imputabatur peccatum.

¶ Feria sexta. Beati pauli ad Romanos. capi.v.d.

FRatres. Sicut per uni⁹ delictum mors in omnes homines in cōdennationem: sic et per unius iustitiam gratiam in omnes homines in iustificationem uite. Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi: ita et per unius obedientiam iusti constituti sunt multi. Lex enim subintrauit: ut abundaret

Ut abundaret delictū subintrauit lex.

delictum. Vbi autem abundauit delictum: superabundauit & gra/
tia. Vt sicut regnauit peccatum in mortem: ita & gratia regnet per
iusticiam in uitam eternam.

¶ Dominica quinta. Beati pauli ad colossenses cap.iiii.b.

FRatres. Induite uos sicut electi sancti dei & dilecti uiscera mise
ricordie. benignitatem. humilitatem. mansuetudinem. mode
stiam. patientiam. supportantes inuicem & donātes uobis metipsis.
Si quis aduersus aliquē habet q̄relam sicut dominus donauit uobis
ita et uos. Super omnia autem hęc charitatem habete: quod est uin
culum perfectionis. Et pax xp̄i exultet in cordibus uestris: in qua uo/
cati estis in uno corpore & grati estore. Et uerbum xp̄i habitet in uo/
bis abundanter. In omni sapientia docētes: & cōmouentes uosmet/
ipsos in psalmis: hymnis & canticis spiritualibus: in gratia cantan/
tes & psallentes in cordibus uestris deo. Omne quodcunq̄ facitis in
uerbo aut in opere: omnia in nomine dn̄i nr̄i iesu xp̄i facite. Gratias
agentes deo et patri per iesum christum dominum nostrum.

Charitas est vinculum perfectionis.

¶ Feria quarta Beati pauli ad Romanos cap.ii.a.

FRatres. Scimus enim quoniam iudicium dei est secundum ue/
ritatem in eos qui nequiter agunt. Existimas autem hoc o ho/
mo qui iudicas eos q̄ impie agunt: et facis ea: quia tu effugies iudi
cium dei? An diuitias bonitatis eius & patientie & lōganimitatis ei⁹
contemnis? Ignoras quoniam benignitas dei ad penitentiam te ad/
ducet? Secundum duritiam autem tuam & cor impenitens thesauri
zas tibi iram in die ire et reuelationis iusti iudicii dei: qui reddet uni/
cuiq̄ secundum opera eius. His quidem qui secundum patientiā bo
ni operis gloriam & honorem & in corruptionem querentibus uitā
eternam. His autem qui sunt ex contentione et qui non acquiescūt
ueritati: credunt autem iniquitati: ira & indignatio: tribulatio & an/
gustia: in omnem animam hominis operantis malum: iudei primū
et greci. Gloria autem & honor & pax: omni operanti bonum.

Mat.xvi.d. Secūdū opa sua reddet vnicuiq̄ deus.

¶ Feria sexta. Beati pauli ad Romanos cap.ii.b.

FRatres. Nō est psonarū acceptio apud deum. Quicūq̄ enim si
ne lege peccauerit: sine lege peribunt. Et quicūq̄ in lege pecca
uerint: per legē iudicabunt. Nō enim auditores legis iusti sunt apud
deū sed factores legis iustificabunt. Cum enim gētes q̄ legem nō ha
bēt naturaliter ea q̄ legis sunt faciūt eiusmodi legem non habentes
ipsi sibi sunt lex: qui ostēdūt opus legis scriptum in cordibus suis. Te
stimonium reddente illis conscientia ipsorum: & inter se inuicem: co/
gitationum accusantiū aut etiam defendētium in die: nā iudicabit
de⁹ occulta hominū secūdū euāgeliū meū. Per iesū xp̄m dn̄m nr̄m.

Ephe.vi.b. Jaco.ii.b.

Non est persona℞ accep. Valla. ego dicerē potius nō est persona℞ respectus sitē intuitus vel at cōtēplatio. Itē eiusmodi legem nō hab. grece est eiusmodi sed hi. nec ipsi sibi sed sibimet siue sibi ipsi. Testimo red. illis conscientia ipsorum. Non est in greco illis qd si esset: dicendū erat sua non ipsorū. verū ꝓ illis ponēdū est simul. Itē cogitationū accusa. et defen. errauit interpres nā dicendum ē cogitatiōibus accusantibus aut etiam defendentibus.

Dominica. lxx. Pauli ad Corinthios prima cap. ix. d. x. a.

FRatres. Nescitis quod hi qui in stadio currunt: omnes quidem currunt: sed unus accipit brauium? Sic currite ut comprehendatis. Omnis enim qui in agone contendit. ab omnibus se abstinet. Et illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant: nos autem incorruptam. Ego igitur sic curro: non quasi in incertū. Sic pugno: non quasi aerem uerberans. Sed castigo corpus meum: & in seruitutem redigo: ne forte cū aliis predicauerim: ipse reprob⁹ efficiar. Nolo enim uos ignorare fratres: qm̄ p̄res nr̄i sub nube oēs fuerūt: & oēs mare transierunt: et omnes in moyse baptizati sunt in nube & i mari. Et omnes eadem escam spiritalem manducauerunt: & omnes eūdem potum biberunt spiritualem. Bibebant autem de spiritali consequenti eos petra. Petra autem erat christus.

Omis qui in agone. Valla. superuacua est ppositio ē enī agō certamen nō locus: dicitur qz nūc grece agonistans.

Item non sic pugno. Ambrosius apud vallam melius trāsfert .s. ego non sic pugnis pcutio qsi aerem. ꝛc.

Feria quarta. Beati pauli apostoli ad Hebreos. cap. iiii. c.

FRatres. Festinemus ingredi in illam requiem: ut ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplum. Viuus est enim sermo dei et efficax: & penetrabilior omni gladio ancipiti: et pertingens usqz ad diuisionem anime ac spiritus. Compagum quoqz ac medullaꝝ: et discretor cogitationum & intētionum cordis: & non est ulla creatura inuisibilis in conspectu eius. Omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius: ad quem nobis sermo. Habentes ergo pontificē magnū qui penetrauit coelos iesum filium dei: teneamus spei nostre confessionem. Non enim habemus pontificem: qui non possit compati infirmitatibus nostris: tētatum autē per omnia. pro similitudine absqz peccato. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum glorie eius ut misericordiam consequamur: & gratiam inueniamus in auxilio oportuno. Per iesum christum dominum nostrum.

Viuus est sermo dei.

Dominica. in. xl. Pauli ad corinthios secunda cap. xi. d. xii. a.

FRatres. Libenter suffertis insipientes: cum sitis ipsi sapientes. Sustinetis enim: si quis uos in seruitutem redigit. Si quis deuorat si quis accipit: si quis extollitur: si quis in faciem uos cedit. Secūdum ignobilitatem dico quasi nos infirmi fuerimus in hac parte. In quo quis audet: in insipiētia dico: audeo & ego. Hebrei sunt & ego. Israelite sunt: & ego. Semē abrahe sūt: et ego. Ministri christi sunt: et ego. Vt minus sapiens dico: plus ego. In laboribus plurimis: in carceri-

In laboribus pl.i carce. habūdantius: in plagis supra modū. Valla grece: in duobus prioribus

bus abundantius: in plagis supra modum: in mortibus frequenter. A iudeis quinquies quadragenas una minus accepi. Ter uirgis cesus sum: semel lapidatus sum: ter naufragium feci. Nocte ac die in profundum maris fui. In itineribus sepe. Periculis fluminū periculis latronum. periculis ex genere. periculis ex gētibus. periculis in ciuitate. periculis in solitudine. periculis in mari. pīculis in falsis fratribus. In labore & erūna. in uigiliis multis. In fame & siti. In ieiuniis multis. In frigore & nuditate: preter illa que extrinsecus sunt instantia mea quotidiana: solicitudo omnium ecclesiarum. Quis infirmatur & ego nō infirmor? Quis scandalizatur: & ego nō uror? Si gloriari oportet: que infirmitatis mee sunt gloriabor. Deus & pater dñi nostri iesu xpi: qui est benedict⁹ in secula: quod nō mentior. Damasci prepositus gētis arethe regis custodiebat ciuitatem damascenoꝝ ut me cōprehenderet. Et per fenestrā in sporta dimissus sum per murum: & sic effugi manus eius. Si gloriari oportet: nō expedit quidē. ueniā autē ad uisiones & reuelationes dñi. Scio hominē in xpo. ante annos quattuordecim siue in corpore siue extra corpus nescio: deus scit: raptū huiusmodi usq; ad tertiū cęlū. Et scio huiusmodi hominē siue in corpe siue extra corpus nescio: deus scit. qm̄ rapt⁹ est in paradisum: & audiuit archana uerba: q̄ nō licet homini loqui. Pro huiusmodi gloriabor: pro me aūt nihil gloriabor: nisi in infirmitatib⁹ meis. Nā & si uoluero gloriari: nō ero insipiēs. Veritatē em̄ dicā. Parco autē ne quis me existimet supra id quod uidet in me: aut audit aliqd ex me. Et ne magnitudo reuelationum extollat me: datus est mihi stimulus carnis mee: angel⁹ sathane q̄ me colaphizet. Propter quod ter dñm rogaui: ut discederet a me: & dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea. Nam uirtus in infirmitate perficitur. Libēter igitur gloriabor in infirmitatibus meis: ut inhabitet in me uirtus christi.

Idem aduerbium est habundantius. In tertio quoq; grece dicitur vno aduerbio qđ non habens in terpȓs dixit duobus dictionib⁹ supra modum.

Virtus ī infirmitate pficit.

Item a iudeis quinq. quod grece est quinquaginta. vt subaudiatur plagas q̄ sequitur vna minus. latinis tamē dicitur quīquies vnde quadraginta accepi hoc est vna dempta de quadraginta. qui mos loquēdi a grecis ad nos traductus est. Si gloriari opoȝ. ꝛc. grece non legitur aduerbium si. ꝛ vix vllo in codice verbum oportet nec legitur quidem: sed mihi vt sit gloriari non expedit mihi. Item archana ver. grece est ineffabilia verba. Item ne magnitudo reuel. ꝛc. grece est. Et superlatione siue excellentia reuelationum ne extollar da. e. m. stimulus siue sudes carni siue in carne. ang. sathā vt me colaphizet ne extollar. Item nam virtus. grece est virtus mea ꝛ congruit cum illo quod sequitur de virtute christi.

ℭ Feria quarta. Beati pauli ad Hebreos cap̄. xii. a.

FRattres. Recogitate dominū iesum xp̄m qui talem sustinuit a peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem: ut non fatigemini animis uestris deficiētes. Nondum enim usq; ad sanguinem restitistis: aduersus peccatum repugnantes. Et obliti estis conso

Ut non fatigemini. Valla. melius vertet ne fatigemini hoc est labore defetiscaris. animus dicit pro animabus haud dubie elegantius. Castigat dominus quos diligit.

lationis que nobis tanq̃ filius loquitur dicens. Fili mi noli negligere disciplinam dñi: neq̧ fatigeris: dũ ab eo argueris. Quẽ enim dominus diligit castigat. Flagellat aũt omnem filium quoniam recipit. In disciplina perseuerate: tanq̃ filiis uobis se offert deus. Quis enim filius quẽ non corripit pater? Quod si extra disciplinã estis cuius participes facti estis. Ergo adulteri & nõ filii estis. Deinde patres quidẽ carnis nostre habuimus eruditores: & reuerebamur eos. Non multo magis obtemperabimus patri spirituum: & uiuemus?

¶ Feria sexta. Beati pauli ad hebreos. cap. xii. c.

Sine sanctimonia nemo videbit deum. Scitote enim scientis legendum est grece sic.

FRatres. Omnis disciplina in presenti quidem uidetur non esse gaudii sed meroris. Postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitie. Propter quod remissas manus & genua dissoluta erigite & gressus rectos facite pedibus uestris: ut non claudicans quis erret: magis autem sanetur. Pacem sequimini cum omnibus. Et sanctimonia sine qua nemo uidebit deum contemplãtes: ne quis desit gratie dei: ne qua radix amaritudinis sursum germinãs impediat: & per illam inquinẽtur multi. Ne quis fornicator aut profanus ut esau qui propter unam escam uẽdidit primitiua sua. Scitote enim quoniam & postea cupiens hereditare benedictionem reprobatus est.

¶ Dominica in quinq̃gesima. Pauli ad corin. prima ca. xiii. a.

Factus sum velut &c. non legitur grece velut sed aliquis tã quã necessarium adiecit.

FRatres. Si linguis hominum loquar & angelorum: charitatẽ autem nõ habeam: factus sum uelut ęs sonans: aut cimbalum tinniens. Et si habuero prophetiã. & nouerim mysteria omnia: & omnem scientiam: & si habuero omnem fidem: ita ut montes transferam: charitatem autem non habeam: nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas: & si tradidero corpus meũ ita ut ardeam: charitatem autem non habuero nihil mihi prodest.

Non cogitat malum. Vall. non id significat quod cogitat de malefaciendo: sed q̃ non putat malũ de aliis ideo dixissem nõ reputat malum ut solet interpres.

Charitas patiens est: benigna est. Charitas non emulatur: non agit perperam: non inflatur: non est ambiciosa: non querit que sua sunt. Non irritatur: non cogitat malum: non gaudet super iniquitatem: congaudet autem ueritati. Omnia suffert omnia credit: omnia sperat: omnia sustinet. Charitas nunq̃ excidit. Siue prophetie euacuabuntur: siue lingue cessabũt: siue scientia destruetur. Ex parte enim cognoscimus: & ex parte prophetamus. Cum autem uenerit quod perfectum est: euacuabitur quod ex parte est. Cum essem paruulus: loquebar ut paruulus: sapiebam ut paruulus cogitabã ut paruulus. Quando autem factus sum uir: euacuaui que erant paruuli. Videmus nunc per speculum in enigmate: tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte: tunc autem cognoscam sicut & cognitus

ſum. Nūc autem manēt fides. ſpes. charitas: tria hęc. Maior autem horum eſt charitas.

Nunc autem manēt fid. &c. grece nō eſt manent ſed manet. quidā codices habēt harum quod videtur fuiſſe dicēdū horū vt ad illud tria hec referatur. ſed ſi dicimus horum dicēdum erit maius: ſed grece non eſt ge. neutri. hoc igitur loquendi periculū fugiemus ſi dicamus his: grece enim ambiguū eſt. ſed maior his ſi dicimus videtur maior eſſe ſe ipſa charitas: ego puto transferendum fuiſſe maior harum.

℄ Feria quarta. in capite ieiunii. Lectio Iohelis cap. ii. c.

HEc dicit dominus. Conuertimini ad me in toto corde ueſtro. in ieiunio. & fletu. & planctu: & ſcindite corda ueſtra: & nō ueſtimenta ueſtra. Et conuertimini ad dominum deum ueſtrum: quia benignus & miſericors eſt: patiens & multe miſericordie: & pręſtabilis ſuper malicia. Quis ſcit ſi conuertatur & ignoſcat deus: & relinquat poſt ſe benedictionem? Sacrificium & libamē domino deo noſtro. Canite tuba in ſyon: ſanctificate ieiunium: uocate cętum: congregate populum: ſanctificate eccleſiam: coadunate ſenes: congregate paruulos: & ſuggentes ubera. Egredietur ſpōſus de cubili ſuo: & ſponſa de thalamo ſuo. Inter ueſtibulum & altare plorabūt ſacerdotes & leuite miniſtri domini & dicent. Parce domine parce populo tuo: & ne des hereditatem tuam in opprobrium: ut dominentur eis natiōes. Quare dicunt in populis: ubi eſt deus eorum? Zelatus eſt dominus terram ſuam: & pepercit populo ſuo. Et reſpondit dominus: & dixit populo ſuo. Eccę ego mittam uobis frumentum. & uinum & oleum. & replebimini in eis. & non dabo uos ultra opprobrium in gentibus. Dicit dominus omnipotens.

(margin: Pſal. lxxxv. Ione. iij. d.)

℄ Feria quinta. Eſaye prophete cap. xxxviii. a.

IN diebus illis. Egrotauit ezechias uſq; ad mortem: & introiuit ad eum Eſayas filius amos propheta: & dixit ei. Hęc dicit dominus. Diſpone domui tue: quia morieris tu: & non uiues. Et cōuertit ezechias faciem ſuam ad parietem: & orauit ad dominum & dixit. Obſecro domine: memento queſo quomodo ambulauerim coram te in ueritate & corde perfecto: & quod bonum eſt in oculis tuis fecerim. Et fleuit ezechias fletu magno. Et factum eſt uerbum domini ad Eſayam prophetam dicens. Vade & dic ezechie. Hęc dicit dominus deus dauid patris tui. Audiui orationem tuam. & uidi lachrymas tuas. Ecce ego adiiciam ſuper dies tuos quindecim annos: & de manu regis aſſyriorum eruam te & ciuitatem iſtam: & protegā eam. Dicit dominus omnipotens.

(margin: ii. pa. xxxii. f. Eſa. xxxviij. a. — Quātum ua let oſo. duo: a)

℄ Feria ſexta. Eſaye prophete cap. lviii. a.

HEc dicit dominus. Clama ne ceſſes: quaſi tuba exalta uocē tuam. & annuncia populo meo ſcelera eorum & domui iacob

peccata eorum. Me etenim de die in diem querūt: & scire uias meas uolunt. Quasi gens que iustitiam fecerit: & que iudicium dei sui nō dereliquerit. Rogāt me iudicia iustitie: & appropiquare deo nolūt. Quare ieiunauimus & non aspexisti: humiliauimus animas nr̄as & nescisti? Ecce in die ieiunii uestri inuenitur uoluntas uestra & omnes debitores uestros repetitis. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis: & percutitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut usq₃ ad hanc diem: ut audiatur in excelso clamor uester. Nunquid tale est ieiunium quod elegi: per diem affligere hominem animam suam? Nunquid cōtorquere quasi circulum caput suum: & saccū & cinerem sternere? Nūquid istud uocabis ieiunium: & diem acceptabilem dn̄o? Nōne hoc est maius ieiunium: quod elegi? Dissolue colligatiōes impietatis: solue fasciculos deprimentes. Dimitte eos qui confracti sunt liberos: & omne onus eorum dirumpe. Frange esurienti panem tuū & egenos uagosq₃ induc in domum tuam. Cum uideris nudum operi eū: & carnem tuam ne despexeris. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum: & sanitas tua citius orietur. Et anteibit faciem tuam iustitia tua & gloria domini colliget te. Tunc inuocabis & dominus exaudiet. Clamabis: & dicet ecce adsum. Quia misericors sum dn̄s deus tuus.

Quale ieiunium eligit deus

¶ Sabbato Esaye prophete cap. lviii. c.

Hec dicit dominus deus. Si abstuleris de medio tui cathenam: & desieris digitum extendere: & loqui quod non prodest: cum effuderis esuriēti animam tuam: & animam afflictam repleueris: orietur in tenebris lux tua: & tenebre tue erunt sicut meridies. Et requiē tibi dabit dominus deus tuus semper: & implebit splendoribus animā tuam: & ossa tua liberabit. Et eris quasi hortus irriguus: & sicut fons aquarum cuius non deficient aque. Et edificabūtur in te deserta seculorum: fundamenta generationis & generationis suscitabis. Et uocaberis ędificator sepium: auertens semitas in quietē. Si auerteris a sabbato pedem tuum: facere uolūtatem tuā in die sancto meo: & uocaberis sabbatum dedicatum: & sanctum domini gloriosum. & glorificaberis eum: dum non facis uias tuas: & non inuenitur uoluntas tua ut loquaris sermonem: tunc delectaberis super domino deo tuo. Et sustollam te super altitudines terre: & cibabo te hereditate iacob patris tui. Os enim domini locutum est hęc.

¶ Dn̄ica iii. xl. Beati pauli ad corinthios secūda cap. vi. a.

Fratres. Hortamur uos ne in uacuum gratiā dei recipiatis. Ait enim. Tempore placito exaudiui te: & in die salutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies salutis. Nemini dantes ullam offensionem: ut non uituperetur ministerium nostrum.

Sed in omnibus exibeamus nosmetipsos sicut dei ministros: in multa patientia: in tribulationibus: in necessitatibus: in angustiis: in plagis: in carceribus: in seditiõibus: in laboribus: in uigiliis in ieiuniis in castitate: in sciencia: in lõganimitate: in suauitate: in spiritu sancto: in charitate non ficta: in uerbo ueritatis: in uirtute dei. Per arma iusticie a dextris & a sinistris: per gloriam & ignobilitatem: per infamiam & bonam famam. Vt seductores & ueraces sicut qui ignoti & cogniti. Quasi morientes & ecce uiuimus ut castigati & non mortificati. Quasi tristes: semper autem gaudentes. Sicut egentes: multos autem locupletantes. Tanq̃ nihil habentes & omnia possidẽtes.

Sed in oĩbus exhibe. &c. sic legit valla. sed in ostro comen dãtes nosmetipsos velut dĩ ministros. &c.

¶ Feria secunda. Ezechielis prophete cap. xxxiiii. c.

Hec dicit dominus. Ecce ego ipse requiram oues meas & uisitabo illas sicut uisitat pastor gregem suum in die quando fuerit in medio ouium suarum dissipatarum. Sic uisitabo oues meas: & liberabo eas de omnibus locis in quibus disperse fuerant in die nubis & caliginis. Et educam eas de populis & congregabo eas de terris: & inducam eas in terram suam. Et pascham eas in montibus israel. In riuis & in cunctis sedibus terre. In pascuis uberrimis pascam eas: & in montibus excelsis israel erunt pascue earum. Ibi requiescent in herbis uirentibus & in pascuis pinguibus pacentur super montes israel. Ego pascam oues meas: & ego eas accubare faciã dixit dominus deus. Quod perierat requiram: & quod abiectum fuerat reducam. Et quod confractum fuerat alligabo: & quod infirmum fuerat consolidabo: & quod pingue & forte custodiam: & pascam illas in iudicio & iusticia. Dicit dominus omnipotens.

¶ Feria tertia. Esaye cap. lv. b.

In diebus illis. Locutus est Esayas propheta dicens. Querite dominum dum inueniri potest: inuocate eum dum prope est. Derelinquat impius uiam suam: & uir iniquus cogitationes suas: & reuertatur ad dominum: & miserebitur eius: & ad deum nostrum quoniam multus est ad ignocendum. Non enim cogitationes mee: cogitatiões uestre: neq; uie mee uie uestre: dicit dñs. Quia sicut exaltantur celi a terra: sic exaltate sunt uie mee a uiis uestris: & cogitatiões mee a cogitatiõibus uestris. Et quomodo descendit hymber et nix de coelo: & illuc ultra non reuertitur: sed inebriat terram: & infundit eam: et germinare eam facit: & dat semen serenti: & panem comedenti: sic erit uerbum meum quod egreditur de ore meo. Non reuertetur ad me uacuum: sed faciet quecumq; uolui: & prosperabitur in his ad que misi illud. Ait dominus omnipotens.

Mult⁹ ẽ deus ad ignoscẽdũ.

¶ Feria quarta. Lectio libri Exodi cap.xxiiii.d.

IN diebus illis. Dixit dominus ad moysē. Ascēde ad me in montem: & esto ibi. Daboqꝫ tibi duas tabulas lapideas & legem ac mandata que scripsi: ut doceas filios israel. Surrexerūt moyses & iosue minister eius ascendensqꝫ moyses in montem dei: senioribus ait. Expectate hic donec reuertamur ad uos. Habetis aaron & hur uobiscum: si quid natum fuerit questionis: referetis ad eos. Cumqꝫ ascendisset moyses: operuit nubes mōtem: & habitauit gloria domini super synai: tegens illum nube sex diebus. Septimo autem die uocauit

Exo.xxiiii.d. eum domin⁹ de medio caliginis. Erat autem species glorie domini quasi ignis ardens super uerticem montis in cōspectu filiorū israel. Ingressusqꝫ moyses medium nebule: ascendit in mōtem. Et fuit ibi quadraginta diebus & quadraginta noctibus.

¶ Lectio libri Regum.iii.cap.xix.a.

IN diebus illis. Venit helyas in bersabee iuda: & dimisit ibi puerum suum. & perrexit in desertum: uiam uni⁹ diei. Cumqꝫ uenisset et sederet subter unam iuniperum: petiuit anime sue ut moreretur: & ait. Sufficit mihi domine: tolle animam meam. Neqꝫ enim

Jone.iiii.a. melior sum q̄ patres mei. Proiecitqꝫ se & obdormiuit in umbra iuniperi. Et ecce angelus domini tetigit eum: dixitqꝫ ei. Surge comede. Et respexit: & ecce ad capud suum subcinericius panis & uas aque. Et comedit ergo & bibit: & rursum obdormiuit. Reuersusqꝫ est angelus domini secundo: & tetigit eum: dixitqꝫ illi. Surge comede: grādis enim tibi restat uia. Qui cum surrexisset: comedit & bibit. Et ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus: usqꝫ ad montem dei oreb.

¶ Feria quinta. Lectio Ezechielis prophete cap.xviii.a.

IN diebus illis. Factus est sermo domini ad me dicens. Quid est quod iter uos parabolā uertitis in ꝓuerbiū istud ī terra. Israel di

Hie.xxxi.c. centes. Patres comederunt uuam: & dentes filiorum obstupescunt. Viuo ego dicit dominus deus. si erit uobis ultra parabola hec in prouerbium in israel. Ecce omnes anime mee sunt. Vt anima patris: ita et anima filii mea est. Anima que peccauerit: ipsa morietur. Et uir si fuerit iustus: & fecerit iudicium & iustitiam: in montibus non comederit: & oculos suos non leuauerit ad idola domus israel: & uxorem proximi sui non uiolauerit: & ad mulierem mēstruatam non accesserit: & hominem non contristauerit: pignus debitori reddiderit: per uim nihil rapuerit: panem suū esurienti dederit: & nudū operuerit uestimēto: ad usurā nō comodauerit: & amplius nō accepit: ab iniquitate auerterit manū suā iudiciū uerū fecerit iter uirū & uirū: & ī pcep

Anima que peccauerit ipsa morietur.

Ad mulierem menstruatam non est accedēdum.

tis meis ambulauerit:& iudicia mea custodierit ut faciat ueritatem: hic iustus est. Vita uiuet & non morietur ait dñs de⁹. Quod si genue rit filiũ latronẽ:effundẽtẽ sanguinẽ & fecerit unũ de istis: & hęc qdẽ oĩa nõ facientẽ:nũquid uiuet? nõ uiuet. Cũ uniuersa hęc detestãda fe cerit:morte morief. Sãguis eius in ipso erit. Quod si genuerit filiũ: quidẽs omnia peccata prĩs sui q̃ fecit timuerit:& non fecerit simile eis:iudicia mea fecerit et in pceptis meis ambulauerit : hic nõ morie tur in iniqtate patris sui:sed uita uiuet. Pater ei⁹ quia calũniatus est: uim fecit fratri : & malũ opatus ẽ medio populi sui:ecce mortuus est in iniqtate sua. Et dicitis. Quare nõ portabit filius iniqtatẽ prĩs? Vi delicet quia filius iudiciũ & iustitiã opatus ẽ. Omnia pcepta mea cu stodiuit:& fecit illa:uita uiuet. Ait dominus omnipotens.

℄ Feria sexta. Ezechielis prophete.capi.xviii.c.

HEc dicit dominus deus. Anima que peccauerit ipsa morietur. fi lius nõ portabit iniquitatem patris:& pater nõ portabit iniqui tatem filii. Iusticia iusti super eum erit : & impietas impii erit sup eũ. Si autem impius egerit penitentiã ab omnibus peccatis suis que opa tus est:& custodierit uniuersa precepta mea :& fecerit iudicium & iu stitiam:uita uiuet & nõ morietur. Omniũ iniquitatũ eius quas ope ratus est ; nõ recordabor : in iustitia sua quã operatus est uiuet. Nun quid uolũtatis mee est mors impii:dicit dñs deus & non ut conuerta tur a uiis suis & uiuat? Si autem auerterit se iustus a iustitia sua : & fe cerit iniquitatẽ secũdũ omnes abominationes quas operari solet im pius:nũquid uiuet? Omnes iustitie eius quas fecerat:non recordabũ tur. In preuaricatione sua q̃ preuaricatus est:& in peccato suo quod peccauit:in ipsis morietur. Et dixistis. Nõ est equa uia domini. Audi te domus israel. Nunquid uia mea non est equa:& nõ magis uie ue stre praue sunt? Cum enim auerterit se iustus a iustitia sua & fecerit iniquitatem:morietur in eis. In iniustitia sua quam operatus est mo rietur. Et cũ auerterit se impius ab impietate sua quã opatus est : et fe cerit iudicium & iustitiam: ipse animam suã uiuificabit. Considerãs enim et auertẽs se ab omnibus iniquitatibus suis quas operatus est: uita uiuet & morietur. Dicit dominus omnipotens.

Deute.iiij.c.

Mors impii non est uolun tatis dei.

Ibidem glo.

℄ Sabbato. Lectio deutero.capi.xxvii.

IN diebus illis. Locutus est moyses ad dominum dicens. Respi ce domine de sanctuario tuo : & de excelso cęlorum habitacu lo:& benedic populo tuo israel & terre quam dedisti nobis: sicut iu rasti patribus nostris :terre lacte & melle mananti. Audi israel. Ho die dominus deus tuus precepit tibi:ut facias mandata eius atq; iudi cia : & custodias ex toto corde tuo & ex tota anima tua. Dominum

elegisti hodie: ut sit tibi deus: & ambules in uiis eius: & custodias ceri monias illius: & mādata adq; iudicia & obedias eius imperio. Et dominus elegit te hodie: ut sis ei populus peculiaris: sicut locutus est tibi: ut custodias omnia precepta eius: & faciat te excelsiorē cunctis gētibus quas creauit in laudem & nomen & gloriam suam. Et sis populus sanctus domini dei tui: sicut locutus est tibi.

¶ Lectio Deuteronimii cap̄.ix.

IN diebus illis. Dixit moyses filiis israel. Si custodieritis mandata que ego precipio uobis: & feceritis ea: ut diligatis dominum deum uestrum: & ambuletis in omnibus uiis eius: adherētes ei: disperdet dominus omnes gentes istas ante faciem uestram: & possidebitis eas q̄ maiores & fortiores uobis sunt. Oīs locus quē calcauerit pes uester: uester erit. A deserto & libano & flumine magno eufratre usq; ad mare ocidētale erunt termini uestri. Nullus stabit contra uos. Terrorem uestrum et formidinem dabit dominus de⁹ uester super omnem terram quam calcaturi estis: sicut locutus est uobis dominus deus uester.

¶ Lectio Machabeorum secundo cap̄.i.f.a.

IN diebus illis. Orationem faciebāt omnes sacerdotes dum offerent sacrificium pro populo israel: ionatha inchoante: ceteris autem respondentibus & dicentibus. Benefaciat uobis de⁹: & meminerit testamenti sui quod ad abraham & ysaac & iacob locutus ē seruorum suorū fidelium. Et det uobis cor omnibus: ut colatis eum et faciatis eius uoluntatem corde magno & animo uolenti. Adaperiat cor uestrum in lege sua & in preceptis suis: et faciat pacē. Exaudiat dominus orationes uestras: et reconcilietur uobis: nec uos deseratin tempore malo dominus deus uester.

¶ Lectio libri sapientie. Eccle.cap̄.xxxv.a.

MIserere nostri deus omnium & respice nos: & ostende nobis lucem miserationum tuarum. Et immitte timorem tuum super gentes: que non exquisierunt te: ut cognoscant quia non est deus nisi tu: ut enarrent magnalia tua. Alleua manum tuam super gentes alienas: ut uideant potentiam tuam. Sicut enim in conspectu eorū sanctificatus es in nobis: sic in cōspectu nostro magnificaberis in eis. Vt cognoscant te: sicut & nos cognouimus: quoniam non est deus preter te domine. Innoua signa: & immuta mirabilia. Glorifica manū & brachium dextrum. Excita furorem: et effunde iram. Extolle aduersarium: & afflige inimicum. Festina tempus & memento finis ut enarrent mirabilia tua domine deus noster.

¶ Lectio Danielis cap̄.iii.e.

IN diebus illis. Angelus domini descendit cum azaria.&c. Re/
quere supra in sabbato.iiii.tépo⁊ ante natalem.fo.vii.

¶ Ad thessalonicenses.i.cap.v.c.

FRatres. Rogamus uos: corripite inquietos: consolamini pu/
sillanimes: suscipite infirmos: patientes estote ad omnes. Vide
te ne quis malum pro malo reddat alicui: sed semper quod bonum
est sectamini in inuicé & in omnes. Semper gaudete: sine intermis/
sione orate: in omnibus gracias agite. Hec est enim uoluntas dei in
christo iesu in omnibus uobis. Spiritum nolite extinguere: proph/
tas nolite spernere. Omnia autem probate: quod bonum est tenete:
ab omni specie mala abstinete uos. Ipse autem deus pacis sanctificet
uos per omnia: ut integer spiritus uester et anima & corpus sine que
rella in die aduentus domini nostri iesu christi seruetur.

Corripite inquietos.&c. Valla grece est ad monere inordinatos siue incompositos.

Luce.xviii.a.

Omnia probáda sed meliora tenenda sunt.

Ut integer spiritus vester.&c. Valla dicendum est et integer quia continuantur bona peccatio.

¶ Dominica secunda.ad Thesalo.prima.cap.iii.a.

FRatres. Rogamus uos & obsecramus in domino iesu: ut qué
admodum accepistis a nobis quomodo uos oporteat ambu/
lare et placere deo: sic et ambuletis ut abundetis magis. Scitis enim
que precepta dederim uobis per dominum iesum. Hec é enim uolú
tas dei sanctificatio uestra: ut abstineatis uos a fornicatione: ut sciat
unusquisq; uestrum suum uas possidere in sanctificatióe et honore.
Non in passione desiderii: sicut et gentes qui ignorant deum. Et ne
quis supergrediatur: neq; circumueniat in negotio fratrem suú quo/
niam uindex est dominus de his omnibus: sicut prediximus uobis: &
testificati sumus: non enim uocauit nos deus in inmundiciam: sed
in sanctificationem. In christo iesu domino nostro.

Voluntas dei est sanctificatio nostra.

Roma.xi.a.

Uindex est dominus.

¶ Feria secunda. Lectio danielis cap.ix.d.

IN diebus illis. Orauit daniel dicens. Domine deus noster qui
eduxisti populum tuum de terra egypti in manu forti: et feci/
sti tibi nomen secundum diem hanc: peccauimus iniquitatem feci/
mus domine in omnem iustitiam tuam. Auertatur obsecro ira tua:
et furor tuus a ciuitate tua hierusalem: et a monte sancto tuo. Prop/
ter peccata enim nostra: & iniquitates patrum nostrorum: hierusa/
lem & populus tuus: in opprobrium sunt omnibus per circuitum no
strum. Nunc ergo exaudi deus noster orationem serui tui: & pre/
ces eius: & ostende faciem tuam super sanctuarium tuum: quod de/
sertum est. Propter temetipsum inclina deus meus auré tuá & audi:

aperi oculos tuos: et uide desolationem nostram & ciuitatem super quam inuocatum est nomen tuum. Neq; enim in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciē tuā: sed in miserationibus tuis multis. Exaudi dn̄e placare domine: attende et fac. Ne moreris ppter temetipsum deus meus: quia nomen tuum inuocatum est super ciuitatem: et super populum tuum domine deus noster.

In miseratiōibus dei prosternende sunt preces nostre.

¶ Feria tertia. Lectio libri Regum. iii. capi. xvii. b.

IN diebus illis. Factus est sermo domini ad helyam tesbitem dicens. Surge & uade in sareptam sydoniorum: & manebis ibi. Precepi eni ibi mulieri uidue ut pascat te. Surrexit: & abiit i sareptā. Cumq; uenisset ad portam ciuitatis: apparuit ei mulier uidua colligens ligna. Et uocauit eam. dixitq; ei. Da mihi paululū aq̄ in uase ut bibam. Cūq; illa pergeret ut afferret: clamauit post tergum eius dicens. Affer mihi obsecro et buccellā panis in manu tua. Que respōdit. Viuit dominus deus tuus quia non habeo panē: nisi quantū pugillus capere potest farine in hydria et paululum olei in lecitho. En colligo duo ligna: ut ingrediar & faciā illud mihi et filio meo: ut comedamus et moriamur. ad quā helyas ait. Noli timere: sed uade & fac sicut dixisti. Veruntamen fac mihi primum de ipsa farinula subcinericium panem paruulum: et affer ad me. Tibi autem & filio tuo facies postea. Hec autē dicit dominus deus israel. Hydria farine nō deficiet: & lecithus olei non minuetur usq; ad diem in qua daturus ē dominus pluuiā super faciē terre. Que abiit: & fecit iuxta uerbū helye. Et comedit ipse et illa: et domus eius. Et ex illa die hydria farine non defecit: & lecithus olei non est imminutus iuxta uerbum domini quod locutus fuerat in manu helye.

Judi. iiij. c.

Eccle. xviij. a.

¶ Feria quarta. lectio Hester. cap. xiii. c.

IN diebus illis. Orauit hester ad dominum: dicēs. Dn̄e domine rex omnipotens: in tua ditione cūcta sunt posita: & non est qui possit tue resistere uoluntati. Si decreueris saluare nos: cōtinuo liberabimur. Tu enim dn̄e fecisti cęlū & terram: & quicquid cęli ambitu cōtinetur. Tu es dn̄s omnium: & non est qui resistat maiestati tue. Et nūc dn̄e rex regū deus abrahā miserere populi tui quia uolūt nos inimici nr̄i pdere: & hereditatē tuā delere. Ne despicias partē tuā quam redemisti tibi de egypto: sed exaudi dep̄cationē nr̄am: & ppiti⁹ esto sorti & funiculo hereditatis tue. Et cōuerte luctū nostrū in gaudiū ut uiuētes laudem⁹ nomē tuū. Et ne claudas ora canētiū te: dn̄e de⁹ nr̄.

Maiestati dei non est qui resistat.

¶ Feria quinta. lectio Hieremie cap. xvii. a.

HEc dicit dominus deus. Maledictus homo qui cōfidit in homine: & ponit carnem brachiū suū: & a domino recedit cor ei⁹.

Maledictus homo qui confidit in homine.

erit enim quasi mirice in deserto: & non uidebit cum uenerit bonũ: sed habitabit in siccitate in deserto in terra salsuginis & inhabitabili. Benedictus uir qui confidit in domino: & erit dominus fiducia eius. Et erit tanq̃ lignum quod transplantatur super aquas: quod ad humorem mittit radices suas: & non timebit cũ uenerit estus. Sed erit folium eius uiride: & tempore siccitatis non erit solicitum: nec aliq̃n do desinet facere fructum. Prauum est cor hominis & inscrutabile. Quis cognoscet illud? Ego dominus scrutans corda & probans renes: qui do unicuiq; iuxta uiam suam: & iuxta fructum ad inuentionum suarum. Dicit dominus omnipotens.

Bñdictus vir qui confidit in domino.

Prauus hõis cor deus solus scrutatur.

¶ Feria sexta. Lectio libri Genesis cap.xxxvii.b.

IN diebus illis. Dixit ioseph fratribus suis. Audite somniũ meũ quod uidi. Putabant ligare nos manipulos in agro: & quasi cõsurgere manipulum meum & stare: uestrosq; manipulos circunstantes adorare manipulũ meum. Respõderũt fratres eius. Nũquid rex noster eris: aut subiiciemur ditioni tue? Hec ergo causa somniorum atq; sermonum inuidie & odii fomitem ministrauit. Aliud quoq; uidit somnium: quod narrans fratribus ait. Vidi per somnium quasi solem & lunam: & stellas undecim adorare me. Quod cum patri suo & fratribus retulisset: increpauit eum pater suus: & dixit. Quid sibi uult hoc somnium quod uidisti? Num ego & mater tua & fratres tui adorabimus te super terram? Inuidebant ei igitur fratres sui: pater uero rem tacitus considerabat. Cumq; fratres illius in pascendis ouibus patris: morarentur in sichen: dixit ad eum israel. Fratres tui pascunt oues in sichimis: ueni mittam te ad eos. Quo respondẽte: presto sum ait. Vade & uide si cuncta prospera sint erga fratres tuos & peccora: & renũcia mihi quid agatur. Missus de ualle ebron uenit in sichẽ. Inuenitq; eum uir errãtem in agro & interrogauit quid quereret. At ille respondit. Fratres meos quero indica mihi ubi pascant greges. Dixitq; ei uir. Recesserũt de loco isto. Audiui autẽ eos dicere. Eamus in dotaym. Perexit ergo ioseph post fratres suos & inuenit eos in dotaym. Qui cum uidissent eum procul: anteq̃ accederet ad eos: cogitauerunt illum occidere: & mutuo loquebantur. Ecce somniator uenit: uenite occidamus eum: & mittamus in cisternã ueterem. Dicemusq;. Fera pessima deuorauit eum: & tunc apparebit: quid illi prosint somnia sua. Audiens autem hec rubem: nitebatur liberare eum de manibus eorum: & dicebat. Non interficiamus animã eius: neq; effundamus sanguinem: sed proiicite eum in cisternã hãc que est in solitudine: manusq; uestras seruate innoxias. Hoc autẽ dicebat uolens eripere eũ de manibus eoꝝ: & reddere patri suo.

Somnium ioseph primum.

Somnium ioseph secũdum.

Marci.xii.a.

¶ Sabbato. Lectio Genesis cap. xxvii. b.

IN diebus illis. Dixit rebeca filio suo iacob. Audiui patrem tuũ loquentem cum esau fratre tuo: & dicentem ei. Affer mihi de uenatione tua: & fac cibos ut comedam & benedicã tibi coram domino anteq̃ moriar. Nunc ergo fili mi acquiesce consiliis meis: & pgens ad gregem: affer mihi duos hedos optimos: ut faciam ex eis escas patri tuo: quibus libenter uescitur. Quos cum intuleris & comederit: benedicat tibi priusq̃ moriatur. Cui ille respondit. Nosti quod esau frater meꝰ homo pilosus sit: & ego lenis? Si attrectauerit me pater meus & senserit: timeo ne putet me sibi uoluisse illudere: & inducat super me maledictionem pro benedictione. Ad quem mater. In me sit ait: ista maledictio fili mi: tantum audi uocem meam & pergés
Audaciã mulierum. nota. affer que dixi. Abiit: & attulit: deditq̧ matri. Parauit illa cibos sicut nouerat uelle patrem illius: & uestibus esau ualde bonis: quas apud se habeat domi induit eum. Pelliculasq̧ hedorum circundedit manibus: & colli nuda protexit. Deditq̧ pulmentum: & panes quos coxerat tradidit. Quibus illatis dixit. Pater mi. At ille respondit. Audio. Quis es tu fili mi? Dixitq̧ iacob. Ego sum esau primogenitus tuus: feci sicut precepisti mihi. Surge sede & comede de uenatione mea: ut benedicat mihi anima tua. Rursumq̧ ysaac ad filium suũ. Quomodo tam cito inquit inuenire potuisti fili mi? Qui respõdit. Voluntas dei fuit: ut cito mihi occurreret quo uolebam. Dixitq̧ ysaac. Accede huc ut tangam te fili mi & probem utrum tu sis filius meus esau: an non. Accessit ille ad patrem: & palpato eo: dixit ysaac. Vox quidem uox iacob est. sed manus: manus sunt esau. Et non cognouit eum: quia pilose manus similitudinem maioris expresserãt. Benedicens ergo illi ait. Tu es filius meus esau? Respõdit. ego sum. At ille. Affer inquit mihi cibos de uenatione tua fili mi: ut benedicat tibi anima mea. Quos cum oblatos comedisset: obtulit ei etiã uinum. Quo hausto: dixit ad eum. Accede ad me: & da mihi obsculum fili mi. Accessit & osculatus est eum. Statimq̧ ut sensit uestimẽtorum illius fragrantiam: benedicens illi ait. Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni: cui benedixit dominus. Det tibi deus de rore celi & de pinguedine terre abundantiam frumẽti uini & olei: & seruiãt tibi populi: & adorent te tribus. Esto dominum fratrum tuorum: & incuruẽtur ãte te filii matris tue. Qui maledixerit tibi sit ille maledictus. Et qui benedixerit tibi: benedictiõibus repleatur. Vix ysaac sermonem impleuerat: & egresso iacob foras: uenit esau. Coctosq̧ de uenatione cibos intulit patri dicẽs. Surge pater mi: & comede de uenatione filii tui: ut bñdicat mihi anima tua. Dixitq̧ illi ysaac. Quis

Hebre. xi. d. (margin, beside "cut odor agri pleni")

enim es tu? Qui respondit. Ego sum filius tuus primogenitus esau. Expauit ysaac stupore uehementi: & ultra q̄ credi potest: admirans ait. Quis igitur ille est: qui dudum captam uenationem attulit mihi: & comedi ex omnibus priusq̄ tu uenires. Benedixitq; ei: & erit benedictus. Auditis esau sermonibus patris: irrugiit clamore magno: & consternatus ait. Benedic etiam & mihi pater mi. Qui ait. Venit germanus tuus fraudulenter: & accepit benedictionem tuā. At ille subiungit. Iuste uocatum est nomen eius iacob: supplantauit enim me in altera uice. Primogenita mea ante tulit: & nunc secunda surripuit benedictionem meam. Rursumq; ad patrem. Nunquid non reseruasti ait & mihi benedictionem? Respondit ei ysaac. Dominū tuum illum constitui: & omnes fratres eius seruituti illius subiugaui. Frumento & uino & oleo stabiliui eum: & tibi post hec fili mi ultra quid faciam? Cui esau ait. Num unam inquit tātum benedictionem habes pater. Mihi quoq; obsecro ut benedicas. Cumq; eiulatu magno fleret: motus ysaac dixit ad eum. In pinguedine terre: & in rore coeli desuper erit benedictio tua.

Iacob supplantator interpretatur.

Hebre.x.c.

❡ Dominica tertia. Lectio epistole pauli ad Epheseos cap. quinto. a.

FRatres. Estote imitatores dei sicut filii charissimi: & ambulate in dilectione sicut & christus dilexit nos & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam deo in odorē suauitatis. Fornicatio autem & omnis immunditia: aut auaricia: nec nominetur in uobis sicut decet sanctos. Aut turpitudo: aut stultiloquium: aut scurrilitas: que ad rem nō pertinet sed magis gratiarum actio. Hoc autem scitote intelligētes quod omnis fornicator: aut immundus: aut auarus quod est idolorum seruitus: non habet hereditatem in regno christi & dei. Nemo uos seducat inanibus uerbis. Propter hec enim uenit ira dei in filios diffidentie. Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando tenebre: nunc autem lux in domino: ut filii lucis ambulate. Fructus enim lucis est in omni bonitate et iusticia & ueritate.

Vitiosi nō habent hereditatem in regno dei.

Fructus lucis in bonitate est &c.

❡ Feria secunda. Lectio libri regum. iiii. cap. v. a.

IN diebus illis. Naaman princeps militie regis syrie: erat uir magnus coram domino suo & honoratus: per illum enim dedit dominus salutem syrie. Erat autem uir fortis & diues: sed leprosus. Porro de syria egressi fuerant latrunculi: & captiuam duxerant de terra israel puellam paruulam: que erat in obsequio uxoris naamā. Que ait ad dominam suam. Vtinam fuisset dominus meus ad pro

phetam qui est in samaria: profecto curasset eum a lepra quam ha-
bet. Ingressus est itaq naaman ad dominum suum: & nunciauit ei
dicens. Sic et sic locuta est puella de terra israel. Dixitq ei rex syrie.
Vade et mittam litteras ad regem israel. Qui cum profectus esset:
& tulisset secũ decem talenta argenti: & sex milia aureos: et decem
mutatoria uestimentorũ: detulit litteras ad regem israel in hęc uer-
ba. Cum acceperis epistolam hanc scito quod miserim ad te naamã
seruum meum: ut cures eum a lepra sua. Cũq legisset rex israel lit-
Deu.xxxij.f. teras: scidit uestimenta sua & ait. Nũquid deus sum ut occidere pos-
sim & uiuificare: quia iste misit ad me hominem: ut curem eum a le-
pra sua? Animaduertite & uidete: quot occasiões querat aduersum
me. Quod cum audisset heliseus uir dei: scidisse uidelicet regem is-
rael uestimenta sua: misit ad eum dicens. Cur scidisti uestiméta tua?
Veniat ad me: et sciat prophetam esse in israel. Venit ergo naaman
cum equis & curribus: et stetit ad ostium domus helysei. Misitq ad
eum helyseus nuncium dicens. Vade & lauare septies in iordane: &
recipiet sanitatem caro tua: atq mundaberis. Iratusq naaman: re-
cedebat dicens. Putabam q egrederetur ad me: et stans inuocaret
nomen domini dei sui: et tangeret manu sua locum lepre: & cura-
ret me. Nunquid non meliores sunt abana & pharfar fluuii dama-
sci omnibus aquis israel: ut lauer in eis & munder? Cum autem uer-
tisset se & abiret indignãs: accesserunt ad eum serui sui: & locuti sũt
ei. Pater: & si rem grãdem dixisset tibi propheta: certe facere debue-
ras. Quanto magis quia nunc dixit tibi lauare & mundaberis? Des-
cendit & lauit in iordane septies iuxta sermonem uiri dei: & restitu-
ta est caro eius sicut caro pueri paruuli: & mundatus est a lepra. Re-
uersusq ad uirum dei cum uniuerso comitatu suo: uenit & stetit co-
ram eo: & ait. Vere scio quia non est deus alius in uniuersa terra: ni-
si tantum dominus deus israel.

¶ Feria tertia. lectio Regum. iiii. cap. iiii. a.

IN diebus illis. Mulier quedam clamabat ad helyseum prophe-
tam dicens. Seruus tuus uir meus mortuus est: & tu nosti quia
seruus tuus fuit timens deum. Et ecce creditor uenit: ut tollat duos
filios meos ad seruiendum sibi. Cui dixit heliseus. Quid uis ut faciã
tibi? Dic mihi quid habes in domo tua? At illa respondit. Non ha-
beo ancilla tua quicq̃ in domo mea: nisi parum olei quo ungar. Cui
ait. Vade & pete mutuo ab omnibus uicinis tuis uasa uacua non pau
ca: & ingredere & claude ostium. Cum intrinsecus fueris tu & filii tui:
mitte inde in omnia uasa hęc: & cum plena fuerint tolles. Iuit itaq
mulier & clausit ostium super se & super filios suos. Illi offerebãt ua-

sa: & illa infundebat. Cūq; plena fuissent uasa: dixit ad filium suum: Affer mihi adhuc uas. Et ille respōdit. Non habeo. Stetitq; oleum. Venit autē illa: & indicauit homini dei. Et ille. Vade inquit uende oleum: & redde creditori tuo. Tu autē & filii tui: uiuite de reliquo.

¶ Feria quarta. Lectio Exodi cap. xx. b.

HEc dicit dominus. Honora patrem tuum & matrem tuam ut sis longeuus super terram: quam dominus deus tuus dabit tibi. Non occides. non mechaberis. non furtum facies. non loquaris contra proximum tuum falsum testimonium. Non concupisces rē proximi tui: nec desiderabis uxorem eius. Non seruum. non ancillam. non bouem. non asinum: nec omnia que illius sunt. Cunctus autem populus audiebat uoces & lampades: & sonitū buccine: montemq; fumantem. Et perterriti: ac pauore concussi: steterunt procul dicentes moysi. Loquere tu nobis: & audiemus. Non loquatur nobis dominus ne forte moriamur. Et ait moyses ad populum. Nolite timere. Vt enim probaret uos: uenit deus: et ut terror illius esset in uobis: & non peccaretis. Stetitq; populus a longe. Moyses autem accessit ad caliginem: in qua erat deus. Dixitq; prӕterea dominus ad moysen. Hęc dices filiis israel. Vos uidistis: quod de cęlo locut⁹ sum uobis. Non facietis deos argenteos nec deos aureos facietis uobis. Altare de terra facietis mihi et offeretis super eum holocausta: & pacifica uestra. Oues uestras & boues in omni loco in quo memoria fuerit nominis mei.

Precepta legis scripture

Altare d terra petijt tue.

¶ Feria quinta. Hieremie cap. vii. a.

IN diebus illis. Factum est uerbum domini ad me dicens. Sta in porta domus domini: & predica ibi uerbum istud: & dic. Audite uerbum domini omnis iuda qui ingredimini per portas has: ut adoretis dominum. Hęc dicit dominus exercituum: deus israel. Bonas facite uias uestras & studia uestra: & habitabo uobiscum in loco isto. Nolite confidere in uerbis mendacii: dicentes. Templum domini. templum domini, templum domini est. Quoniam si benedixeritis uias uestras: & studia uestra: si feceritis: iudicium inter uirum & proximum eius: aduene & pupillo: & uidue nō feceritis calumniam: sanguinem innocentem non effuderitis in loco hoc: & post deos alienos nō ambulaueritis in malum uobismetipsis: habitabo uobiscum in loco isto: in terra quam dedi patribus uestris a seculo & usq; in seculum. Ait dominus omnipotens.

Quid agendum vt deus habitet nobiscum.

¶ Feria sexta. Numeri cap. xx. a.

IN diebus illis. Conuenerunt filii ysrael aduersus moysen & aaron: et uersi in seditionem: dixerunt. Da nobis aquam ut bibamus. Ingressusq; moyses & aaron dimissa multitudine in tabernaculum federis: corruerunt proni in terram. Clamauerûtq; ad dominum: & dixerunt. Domine deus exaudi clamorem populi huius: & aperi eis thesaurum tuum fôtem aque uiue: ut saciati cesset murmuratio eorum. Et apparuit gloria domini super eos. Locutusq; est dominus ad moysen dicens. Tolle uirgam et congrega populum tu & aaron frater tuus: & loquimini ad petram coram eis. Et illa dabit aquas. Cumq; eduxeris aquam de petra: bibet omnis multitudo & iumenta eius. Tulit igitur moyses uirgam que erat in conspectu domini: sicut preceperat ei: congregata multitudine ante petram: dixitq; eis. audite rebelles & increduli. Nû de petra hac uobis aquã poterimus eiicere? Cumq; eleuasset moyses manum: percutiens uirga bis silicem: egresse sunt aque largissime: ita ut populus biberet & iumenta. Dixitq; dominus ad moysen & aaron. Quia non credidistis mihi: ut sanctificaretis me coram filiis israel: non introducetis hos populos in terram quam dabo eis. Hec est aqua contradictionis: ubi iurgati sunt filii israel contra dominû: et sanctificatus est eis.

Exodi .xvij.b.

¶ Sabbato Danielis prophete. cap. xiii. a.

IN diebus illis. Erat uir habitans in babylone & nomen eius ioachim. Et accepit uxorem nomine susannam filiam elchie: pulchram nimis: & timentem deum. Parentes enim illius cum essent iusti: erudierunt filiam suam secundum legem moysi. Erat autem ioachim diues ualde. Et erat ei pomarium uicinum domus sue: & ad ipsum confluebant iudei: eo q; esset honorabilior omnium. Et constituti sunt deo senes iudices in anno illo de quibus locutus est dominus. Quia egressa est iniquitas de babylone a senioribus iudicibus: qui uidebantur regere populum. Isti frequentabant domum ioachim: & ueniebât ad eos omnes qui habebant iudicia. Cum autem populus reuertisset per meridiem: ingrediebatur Susanna: & deambulabat in pomario uiri sui. Et uidebant eam senes quotidie ingredientem & deambulantem: & exarserunt in concupiscentiam eius. Et auerterunt sensum suum: & declinauerunt oculos suos ut non uiderent cœlum: neq; recordarentur iudiciorum iustorum. Factum est autem cum obseruarent diem aptum: quando eam possent inuenire solam: ingressa est aliquando sicut heri & nudiustertius cum duabus solis puellis: uoluitq; lauari in pomario. Estus quippe

Dan. xiij. d.

pe erat & non erat ibi quispiam preter duos senes absconditos contemplantes eam. Dixit ergo puellis. Afferte mihi oleum & smigmata: & ostia pomari claudite ut lauer. Cum autem egresse essent puelle: surrexerunt duo senes: & occurrerunt ad illam: & dixerunt. Ecce ostia pomarii clausa sunt: & nemo nos uidet: & inconcupiscentia tui sumus. Quamobrem assentire nobis: & cõmiscere nobiscũ. Quo si nolueris: dicemus contra te testimonium q̃ fuerit tecum iuuenis: & ob hanc causam emisisti puellas a te. Ingemuit susanna & ait. Angustie mihi sunt undiq;. Si enim egero hoc: mors mihi est. Si autem non egero: non efugiam manus uestras. Sed melius est mihi absq; opere incidere in manus uestras: q̃ peccare in conspectu domini. Exclamauit uoce magna Susanna: exclamauerunt autem & senes aduersus eam. Cum autem audissent clamorem in pomario famuli domus: irruerunt per posticum: ut uiderent: quid nam esset. Postq̃ autem senes locuti sunt. erubuerunt serui uehementer: quia nunquam dictus fuerat sermo huiuscemodi de susanna. Et facta est dies crastina. Et cum uenisset populus ad uirum eius ioachim: uenerunt & duo presbyteri pleni iniqua cogitatione aduersus susannam ut interficerent eam. Et dixerunt coram populo. Mittite ad susannam filiam elchie uxorem ioachim. Et statim miserunt. Et uenit cum parentibus & filiis et uniuersis cognatis suis. Flebant igitur sui: & omnes qui nouerant eam. Consurgentes autem duo presbyteri in medio populi: posuerunt manus super caput eius. Que flens suspexit ad coelum. Erat autem cor eius fiduciam habens in domino. Et dixerunt presbyteri. Cum deambularemus in pomario soli ingressa est hæc cum duabus solis puellis: & clausit ostium pomarii: & dimisit a se puellas. Venitq; ad eam adolescens qui erat absconditus: & concubuit cum ea. Porro nos cum essemus in angulo pomarii: uidentes iniquitatem cucurrimus ad eos: et uidimus eos pariter commisceri. Et illum quidem nequiuimus comprehendere: quia fortior nobis erat. Et aperto ostio: exiliuit. Hanc autem cum apprehẽdissemus: interrogauimus quis nam esset adolescens: & noluit indicare nobis. Huius rei testes sumus. Credidit eis multitudo quasi senibus et iudicibus populi: & cõdemnauerunt eam ad mortem. Exclamauit uoce magna Susanna: & dixit. Deus eterne qui absconditorum es cognitor: qui nosti omnia anteq̃ fiant: tu scis quoniam falsum contra me tulerunt testimonium. Et ecce morior cum nihil horum fecerim: que isti maliciose composuerunt aduersum me. Et exaudiuit dominus uocem eius. Cumq; duceretur ad mortem: suscitauit dominus spiritum pueri iunioris:

ij. regū. xxiiij. c.

ij. Reg iij. f. cui nomen daniel. Et exclamauit uoce magna. Mundus ego sum a sanguine huius. Et conuersus omnis populus ad eum dixit. Quis est iste sermo quem tu locutus es? Qui cum staret in medio eorum: dixit. Sic fatui filii israel nō iudicantes: neq3 quod uerum est cognoscētes: condēnastis filiam israel. Reuertimini ad iudicium: quia falsum testimonium locuti sunt aduersus eam. Reuersus est ergo populus cum festinationē: & dixit ad eos daniel. Separate eos ab inuicem procul: & diiudicabo eos. Cū ergo diuisi essent alter ab altero: uocauit unum de eis: & dixit ad eum. Inueterate dierum malorum: nunc inuenerunt te peccata tua que operabaris prius iudicās iudicia iniusta. Innocentes opprimes: & dimittens noxios. Dicente domino. Innocentem & iustum non interficies. Nūc ego si uidisti eos: dic sub quā arbore uideris eos pariter colloquentes sibi. Qui ait. Sub cyno. Dixit autē ei daniel. Recte mentitus es in caput tuum. Ecce enim angelus domini accepta sententia ab eo cindet te medium. Et amoto eo: iussit uenire alium. Et dixit ei. Semen chanaam & non iuda: species decepit te: & concupiscentia subuertit cor tuum. Sic faciebatis filiabus israel: & ille timentes loquebantur uobis. Sed non filia iuda sustinuit iniquitatem uestram. Nunc ergo dic mihi sub qua arbore comprehenderis eos colloquentes sibi. Qui ait. Sub pruno. Dixit autem ei daniel. Recte mētitus es & tu in caput tuum. Manet enim angelus domini gladium habens: ut secet te medium: & interficiat uos. Exclamauit itaq3 omnis cętus uoce magna: & benedixerunt deum qui saluat sperantes in se. E consurrexerunt aduersus duos presbyteros. Conuicerat enim eos daniel ex ore suo falsum dixisse testimonium. Feceruntq3 eis sicut male egerant aduersus proximum: & interfecerunt eos. Et saluatus est sanguis innoxius in die illa.

Exodi. xxiij. a.

De saluat sperantes in se.

Gene. xxi. a. Unu3 qdē tc. Alia. sic legit Unū quide3 a monte syna in ser. gen. qd est agarnā agar syna mons est in arabia qd cōiunctum est: q̄ nūc est hierusalē: seruit aūt cum filiis suis. alterum vero sursum hierusalem libera ē que est mater

℄ Dominica quarta. ad galatas cap. iiii. c.

FRatres. Scriptum est enim quoniam abraham duos filios habuit: unum de ancilla: & unum de libera. Sed qui de ancilla: secundū carnem natus est. qui aūt de libera: per repromissionem: que sunt per allegoriam dicta. Hęc enim sunt duo testamenta. Vnū quidem in mōte syna in seruitutem generans: q̄ est agar. Syna em̄ mōs est in arabia: qui cōiunctus est ei: qui nūc est hierusalē: & seruit cum filiis suis. Illa autem que sursum est hierusalem: libera est que est mater nostra. Scriptum est enim. Letare sterilis que nō paris: erumpe & clama q̄ non parturis: quia multi filii deserte: magis q̄ eius que habet uirū. Nos autem fratres secundū ysaac pmissiōes filii sumus. Sed quomodo tūc is qui secundū carnem natus fuerat persequebatur eū qui secundū spiritū: ita & nunc. Sed quid dicit scriptura? Eiice ancil-

lam & filium eius: non enim heres erit filius ancille cum filio libere. Itaq; fratres: nõ sumus ancille filii: sed libere. Qua libertate christus nos liberauit.

omnium nfm flue quod est. Sapien.iii.c. Esaie.lii i.a Luce.xxiii.d. Gene.xxi.a

℄ Feria secunda. Lectio regum.iii.cap.iii.c.

IN diebus illis. Venerunt due mulieres meretrices ad regem salomonem: steteruntq; coram eo. Quarũ una ait. Obsecro dñe mi: ego & mulier hęc habitabamus in domo una: & peperi apud eã in cubiculo. Tertia uero die postq̃ ego peperi: peperit & hęc. Et eramus simul nullusq; alius in domo nobiscum: exceptis nobis duab⁹. Mortuus est aũt filius mulieris huius nocte: dormiens quippe oppressit eum. Et consurgens intempeste noctis silentio: tulit filium meum de latere meo ancille tue dormientis: & collocauit in sinu suo: suum autem filiũ qui erat mortuus: posuit in sinu meo. Cũq; surrexissem mane ut darem lac filio meo: apparuit mortuus. Quem diligentius intuens: clara luce deprehendi non esse meum quẽ genueram. Respõditq; altera mulier. Non est ita ut dicis: sed filius tuus mortuus est meus autem uiuit. Econtrario illa dicebat. Mentiris. Filius quippe meus uiuit & filius tuus mortuus est. Atq; in hunc modum contẽdebant coram rege. Tunc rex ait. Hęc dicit filius meus uiuit: & filius tuus mortuus est. Et illa respondit non: sed filius tuus mortuus est: meus autem uiuit. Dixit ergo rex. Afferte mihi gladium. Cumq; attulissent gladium coram rege: diuidite inquit infantem uiuũ in duas partes: & date dimidiam partem uni: & dimidiam partem alteri. Dixit autem mulier: cuius filius erat uiuus ad regem. Commota sunt quippe uiscera eius super filio suo. Obsecro domine: date illi infantem uiuum: & nolite interficere eum. Econtrario illa dicebat. Nec mihi nec tibi sit: sed diuidatur. Respondit rex & ait. Date huic infantem uiuum: & nolite occidere eum. Hęc est enim mater eius. Audiuit itaq; omnis israel iudicium quod iudicasset rex: & timuerunt regem uidentes sapientiam dei esse in eo ad faciendum iudicium.

℄ Feria tertia. Exodi cap. xxxii.b.

IN diebus illis. Locutus est dominus ad moysen dicens. Descende de monte: quia peccauit populus tuus quem eduxisti de terra egypti. Recesserunt cito de uia quam ostendisti eis: fecerũtq; sibi uitulum conflatilem: & adorauerunt atq; immolentes ei ostias: dixerunt. Isti sunt dii tui israel: qui te eduxerunt de terra egypti. Rursũq; ait dominus ad moysen. Cerno quod populus iste dure ceruicis sit: dimitte me ut irascatur furor meus contra eum: & deleam eos: faciamq; te in gentem magnam. Moyses autem orabat dominum deum suum dicens. Cur domine irascitur furor tuus contra populum iii.regũ.xii.d.

tuum quem eduxisti de terra egypti in fortitudine magna & in manu robusta? Ne queso dicant egyptii: callide eduxit eos ut interficeret in montibus: & deleret e terra. Quiescat ira tua: & esto placabilis super nequitia populi tui. Recordare abrahã. & ysaac. & israel seruorum tuorum: quibus iurasti per temeipsum dicens. Multiplicabo semen uestrum sicut stellas celi: & uniuersam terram hãc de qua locutus sum dabo semini uestro: & possidebitis eam semper. Placatusq; est dominus: ne faceret malũ quod locutus fuerat aduersum populum suum. Et misertus est populo dominus deus noster.

Exodi.xxi.c.

¶ Feria quarta. Ezechielis cap. xxxvi.e.

Hec dicit dominus deus. Sanctificabo nomen meum magnum quod pollutum est inter gentes quod polluistis in medio earũ. ut sciant gentes quia ego dominus cum sanctificatus fuero in uobis coram eis. Tollam quippe uos de gentibus: & congregabo uos de uniuersis terris: & adducam uos in terram uestram. Et effundam super uos aquam mundam: & mundabimini ab omnibus inquinamẽtis uestris: & ab uniuersis ydolis uestris mundabo uos. Et dabo uobis cor nouum: & spiritum nouum ponam in medio uestri. Et auferam cor lapideum de carne uestra: & dabo uobis cor carneum: & spiritũ meum ponam in medio uestri. Et faciam ut in preceptis meis ambuletis: & iudicia mea custodiatis & operemini. Et habitabitis in terra quam dedi patribus uestris: & eritis mihi in populum: & ego ero uobis in deum. Dixit dominus omnipotens.

¶ Lectio Esaye prophete cap. i.e.

Hec dicit dominus deus. Lauamini: mundi estote. Auferte malum cogitationum uestrarum ab oculis meis. Quiescite agere peruerse. discite benefacere. Querite iudicium: subuenire oppresso. Iudicate pupillo: defendite uiduam: & uenite & arguite me dicit dominus. Si fuerint peccata uestra ut coccinum: quasi nix dealbabũtur. Et si fuerint rubra quasi uermiculus: uelut lana alba erunt. Si uolueritis & audieritis me: bona terre comedetis. Dicit dominus omnipotens.

¶ Feria quinta. Lectio regum quarto cap. iiii.d.

In diebus illis. Venit mulier sunamitis ad helyseum prophetam in montem carmeli. Cumq; uidisset eam uir dei decontra: ait ad giezi puerum suũ. Ecce sunamitis illa uenit. Vade in occursum eius: & dic ei. Recte ne agitur circa te: & circa uirum tuum: & circa filium tuum? Quid dixit. Recte. Cumq; uenisset ad uirũ dei in montem: apprehendit pedes eius. Et accessit giezi: ut ammoueret eam. Et ait homo dei. Dimitte illam: anima enim eius in amaritudine est

et dominus celauit a me:& non indicauit mihi. Que dixit illi. Nun-
quid petiui filium a domino meo? Nunquid non dixit tibi: ne illu-
das me? et ille ait ad giezi. Accinge lumbos tuos: tolle baculum me-
um in manu tua & uade. Si occurrerit tibi homo: non salutes eum.
Et si salutauerit te quispiam non respondas ei. Et pones baculum
meum super faciem pueri. Porro mater pueri ait. Viuit dominus &
uiuit anima tua: non dimittam te. Surrexit ergo: & secutus est eam
giezi autem precesserat ante eos: & posuerat baculum super faciem
pueri et nō erat ei uox neq; sensus. Reuersusq; est giezi in occursum
eius: & nunciauit ei dicens. Non surrexit puer. Ingressus est ergo he
lyseus domum & ecce puer mortuus iacebat in lectulo eius. Ingres-
susq; clausit ostium super se & super puerum: et orauit ad dominū. iiij.Re.xvij.d.
Et ascendit: & incubuit super puerum. Posuitq; os suum sup os eius: Aduent.xx.c.
et oculos suos super oculos eius: et manus suas super manus eius &
incuruauit se super eum: & calefacta est caro pueri. At ille reuersus:
deambulabat in domo semel huc & illuc. Et ascendit: et incubuit
super eum: & oscitauit puer septies: & aperuit oculos. Et ille uocau t
giezi: & dixit ei. Voca sunamitem hanc. Que uocata: ingressa est
ad eum. Qui ait. Tolle filium tuum. Venit illa et corruit ad pedes
eius: & adorauit super terram. Tulitq; filium suū & ingressa est. He
lyseus uero reuersus est in galgala.

¶ Feria sexta. Lectio libri regum tertio. cap. xvii. c.

IN diebus illis. Egrotauit filius mulieris matris familias: et erat
langor fortissimus: ita ut non remaneret in eo halitus. Dixit
ergo ad heliam. Quid mihi et tibi uir dei? Ingressus est ad me: ut re-
memorarentur iniquitates mee: & interficeres filium meum. Et ait
ad eam helyas. Da mihi filium tuum. Tullitq; eum de sinu illius: &
portauit in cenaculum ubi ipse manebat: & posuit super lectum su-
um. Et clamauit ad dominum: & dixit. Domine deus meus etiam
ne uiduam apud quam ego utcunq; sustentor afflixisti: ut interfice iiij.Re.iiij.f.
re filium eius? Et expandit se atq; mensus est super puerum tribus ui- Aduentu.xx.c.
cibus: clamauitq; ad dominum & ait. Domine deus meus reuerta-
tur obsecro anima pueri huius in uiscera eius. Et exaudiuit domin⁹
uocem helye: & reuersa est anima pueri intra eū: & reuixit. Tullitq;
helyas puerum: & deposuit eum de cenaculo in inferiorem domū:
et tradidit illum matri sue. Et ait illi. En uiuit filius tuus. Dixitq; mu
lier ad helyam. Nunc in isto cognoui: quoniam uir dei es tu: et uer
būm domini in ore tuo uerum est.

¶ Lectio Esaye & prophete cap. xlix. c.

ẜ.cori.vj.a.

Hec dicit dominus. In tempore placito exaudiui te: et in die salu
tis auxiliatus sum tui. Et seruaui te et dedi te in fędus populi: ut
suscitares terram: & possideres hereditates iacob dissipatas. Vt di/
ceres his qui uincti sunt exite: & his qui in tenebris sunt reuelamini.
Super uias pascentur: & in omnibus planis erunt pascua eorũ. Non
esurient neq̃ sitient amplius: & non percutiet eos ęstus & sol quia mi
serator eorum reget illos: & ad fontes aquarum potabit eos. Et po/
nam omnes montes meos in uiam: & semite mee exaltabunt. Ec/
ce isti de longe uenient: & ecce illi ab aquilone & mari: & isti de ter/
ra australi. Laudate cœli & exultet terra: iubilate montes laudem:
quia consolatus est dominus populum suum: & pauperum suorum
miserebitur. Et dixit syon. Dereliquit me dñs: & dñs oblitus est mei.
Nũquid obliuisci potest mulier infantem suum: ut non misereatur
filio uteri sui? Et si illa oblita fuerit: ego tamen non obliuiscar tui.
Dicit dominus omnipotens.

℄ Esaye cap. lv. a.

Hec dicit dominus. Omnes sitientes uenite ad aquas: & qui non
habetis argẽtũ ꝓperate emite & comedite. Venite emite absq̃
argento: & absq̃ ulla cõmutatiõe uinũ & lac. Quare appẽditis ar/
gentũ nõ in panibus: & laborẽ uestrũ nõ in saturitate? Audite audiẽ/
tes me & comedite bonũ: & delectabitur in crassitudine anima uñ a.
Inclinate aurẽ uestram & uenite ad me: audite & uiuet anima uñ a. Et
feriã uobiscũ pactũ sempiternũ: misericordias dauid fideles. Ecce te/
stẽ populis dedi eum: ducẽ ac pceptorẽ gẽtibus. Ecce gẽtẽ quã nescie
bas uocabis: & gentes q̃ nõ cognouerũt te ad te current: ꝓpter dñm
deũ tuũ & sanctũ israel: quia glorificaui te. Querite dñm dũ inueni
ri potest: inuocate eũ dũ prope est. Derelinquat impius uiã suã: & uir
iniquus cogitatiões suas: & reuertatur ad dominũ: & miserebit̃ ei⁹:
& ad deũ nr̃m quoniã multus est ad ignoscẽdum. Non enim cogita
tiones mee cogitatiões uestre: neq̃ uie mee uie uestre dicit domin⁹.
Quia sicut exaltantur cęli a terra: sic exaltate sunt uie mee a uiis ue/
stris: & cogitationes mee a cogitationibus uestris. Et quomodo des
cendit hymber & nix de cęlo & illuc ultra non reuertitur: sed inebri/
at terram: & infundit eam & germinare eã fecit: & dat semẽ serẽti: et
panem comedenti: sic erit uerbũ meũ quod egredietur de ore meo
Non reuertetur ad me uacuũ: sed faciet quecũq̃ uolui: & prospera/
bitur in his ad que misi illud. Dicit dominus omnipotẽs.

℄ Dominica in passione ad Hebreos cap. ix. c.

Christus eter. valla nulla est ratio.

Fratres. Christus autem existens pontifex futurorum bono/
rum: p amplius & pfectius tabernaculũ non manu factũ: idest

nõ huius creationis: neq per sanguinem hyrcorum aut uitulorum: sed per proprium sanguiné introiuit semel in sancta: eterna redemptione inuenta. Si enim sanguis hyrcorum & taurorum: & cinis uitule aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: quanto magis sanguis christi: qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit inmaculatum deo emundabit conscientiam nostram ab operibus mortis: ad seruiendum deo uiuenti? Et ideo noui testamenti mediator est: ut morte intercedente: in redemptionem earum preuaricationum q̃ erant sub priori testamento repromissionem accipiant qui uocati sunt eterne hereditatis: in christo iesu domino nostro.

cur sit hic assistens sed vt é grece veniens seu aduemens põtifex ꝛc.

s. Joã s.c. Christus mediator est noui testamenti.

¶ Feria secunda. Lectio Ione prophete cap.iii.a

IN diebus illis. Factum est uerbum domini ad ionam ꝓphetã secundo dicens. Surge & uade ad niniuem ciuitatem magnam: & predica in ea predicationem: quam ego loquar ad te. Et surrexit ionas & abiit in niniuem: iuxta uerbum domini. Et niniue erat ciuitas magna itinere dierum trium. Et cepit ionas introire in ciuitatem itinere diei unius. Et clamauit & dixit. Adhuc quadraginta dies & niniue subuertetur. Et crediderunt uiri niniuite in dñm: & predicauerũt ieiunium: & uestiti sunt saccis: a maiore usq ad minorem. Et peruenit uerbum ad regé niniue. Et surrexit de solio suo: & abiecit uestimétum suum a se: & inductus est sacco. Et sedit in cinere: et clamauit: & dixit. In niniue ex ore regis & principũ eius dicés. Homines & iuméta: & boues & peccora nõ gustét quicquã nec pascãtur: & aquã non bibãt. Et operiãtur saccis homines: & iuméta clamét ad dñm in fortitudine. Et cõuertatur uir a uia sua mala & ab iniquitate q̃ est in manibus eoꝝ. Quis scit si cõuertatur & ignoscat deus & reuertatur a furore ire sue: & non peribimus? Et uidit deus opa eorũ: quia cõuersi sunt a uia sua mala & misertus est populo suo. Dñs deus noster.

Mat.xij. Lucc.xj.d.

Joelis.ij.c.

¶ Feria tertia. lectio Danielis. cap.xiiii.f. uel cap.xv.b.

IN diebus illis. Congregati sunt babyloni ad regem & dixerũt ei. Trade nobis danielem: qui bel destruxit: & dra conem interfecit. Alioquin interficiemus te & domum tuam. Vidit ergo rex ꝙ irruerent in eum uehementer & necessitate compulsus: tradidit eis danielem. Qui miserunt eum in lacum leonũ: & erat ibi sex diebus. Porro in lacu erant leones septem: & dabantur eis quotidie duo corpora: & due oues. Et tunc non data sunt eis: ut deuorarét danielem. Erat autem abacuc propheta in iudea. Et ipse coxerat pulmentum: & intriuerat panes in alueolo & ibat in campum: ut ferret messoribus. Dixitq angelꝰ domini ad abacuc. Fer prandium quod habes in babylonem danieli: qui est in lacu leonum. Et dixit abacuc. Do-

mine babylonem nõ uidi: & lacum nescio. Et apprehendit eum angelus domini in uertice eius: & portauit eum capillo capitis sui: posuit illũ in babylone super lacũ in impetu spiritus sui & clamauit abacuc dicens. Daniel serue dei tolle prandium quod misit tibi deus. Et ait daniel. Recordatus enim es mei dñe deus meus: & nõ dereliqsti diligentes te. Surgensq; daniel comedit. Porro angelus domini restituit abacuc confestim in loco suo. Venit ergo rex die septima ut lugeret danielem: & uenit ad lacũ & introspexit: et ecce daniel sedẽs in medio leonum. Et clamauit rex uoce magna dicens. Magnus es dñe deus danielis. Et extraxit eum de lacu leonũ. Illos autẽ qui perditionis eius causa fuerant: intromisit in lacũ & deuorati sunt in momento coram eo. Tunc rex ait. Paueãt habitantes in uniuersa terra deum danielis: quia ipse est liberator & saluator: faciens signa & mirabilia in cęlo & in terra: qui liberauit danielem de lacu leonum.

¶ Feria quarta. lectio Leuitici. cap. xix. c.

IN diebus illis. Locutus est dominus ad moysen dicens. Loquere filiis israel: & dices ad eos. Ego dominus deus uester. Nõ facietis furtum: nõ mentiemini nec decipiet unusquisq; proximum suum. Nõ periurabis in nomine meo neq; pollues nomen dñi dei tui. Ego dominus. Non facies calũniam proximo tuo: nec ui opprimes eum. Non morabitur opus mercenarii tui apud te usq; mane. Non maledices surdo: nec coram ceco ponas offẽdiculũ: sed timebis dominũ deũ tuũ: quia ego sum dominus. Non facis quod iniquũ est: nec iniuste iudicabis. Nec cõsideres psonã paupis nec honores uultũ potẽtis. Iuste iudica pximo tuo. Non eris criminator: & susurro in populis. Non stabis cõtra sanguinem proximi tui. Ego domin⁹. Non oderis fratrem tuum in corde tuo: sed publice argue eum: nec habeas super illo peccatum. Non queras ultionem: nec memor eris iniurie ciuium tuoꝝ. Diliges amicũ tuum sicut te ipsum. Ego dominus. Leges meas custodite. Ego enim sum dñs deus uester.

¶ Feria quinta. Lectio Danielis cap. iii. d.

IN diebus illis. Orauit daniel dicens. Domie deus: ne despicias populum tuum: neq; auferas misericordiam tuam a nobis: ppter abraham dilectum tuum. & ysaac seruum tuum: & israel sanctũ tuũ: quibus locutus es pollicens: q multiplicares semen eorum sicut stellas coeli: et sicut arenam que est in litore maris. Quia domine imminuti sumus plusq̃ omnes gentes: sumusq; humiles in uniuersa terra hodie propter peccata nostra. Et non est in tempore hoc princeps & propheta et dux: neq; holocaustum. neq; sacrificiũ. neq; oblatio. neq; incensum. neq; locus primitiarum coram te ut possimus inueni

te misericordiam tuam: sed in animo contrito: & spiritu humilitatis suscipiamur. Sicut in holocausto arietum & taurorum: & sicut in milibus agnorum pinguium: sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie: ut placeat tibi: quia non est confusio cõfidentibus in te. Et nunc sequimur te in toto corde: & timemus te: & querimus faciem tuam. Non confundas nos: sed fac nobiscum iuxta mansuetudinem tuam: & secundum multitudinem misericordie tue. Et erue nos in mirabilibus tuis: & da gloriã nomini tuo domine. Et confundantur omnes qui orant seruis tuis mala. Confundãtur in omni potentia: & robur eorum conteratur. Et sciant quia tu es dominus deus solus & gloriosus super omnem terram. Dñe deus noster.

¶ Feria sexta. lectio Hieremie. cap. xvii. b.

IN diebus illis: dixit hieremias. Domine omnes qui te derelinquunt: confundentur. Recedẽtes a te in terra scribentur: quoniam dereliquerunt uenam aquarum uiuentium dominum. Sana me domine & sanabor: saluum me fac & saluus ero: quoniam laus mea tu es. Ecce ipsi dicunt ad me. Vbi est uerbum domini: ueniat. & ego non sum turbatus: te pastorem sequens: & diem hominis nõ desideraui: tu scis. Quod egressum est de labiis meis: rectum in conspectu tuo fuit. Non sis tu mihi formidini: spes mea tu in die afflictiõis. Confundantur qui me persequuntur: & non confundar ego. Paueant illi: & non paueam ego. Induc super eos diem afflictionis: & duplici contritione contere eos. Domine deus noster.

¶ Sabbato lectio Hieremie cap. xviii. c.

IN diebus illis. Dixerunt impii iudei ad inuicem. Venite & cogitemus contra iustum cogitationes. Nõ enim peribit lex a sacerdote: neq; consilium a sapiente: nec sermo a propheta. Venite percutiamus eũ lingua & non attendamus ad uniuersos sermões eius. Attende domine ad me: & audi uocem aduersariorum meorũ. Nũquid redditur pro bono malum: quia foderũt foueam anime mee? Recordare q̃ steterim in conspectu tuo: ut loquerer pro eis bonum & auerterem indignationem tuam ab eis. Propterea da filios eorũ in famem: & deduc eos in manus gladii. Fiant uxores eorum uidue absq; liberis: & uiri earum interficiantur morte. Iuuenes eorum confodiantur gladio in prelio: audiatur clamor de domibus eorũ. Adduces enim super eos latronẽ repente: quia foderũt foueam ut caperent me: & laqueos abscõderũt pedibus meis. Tu autẽ dñe scis omne consilium eorum aduersum me in mortem. Ne ꝓpitieris iniquitati eorum: & peccatum eorum a facie tua non deleatur. Fiant corruentes in cõspectu tuo in tempore furoris tui domine deus noster.

¶ Dominica in ramis palmarum.
Beati pauli ad Philippẽses.cap.ii.a.

FRatres. Hoc sentite in uobis: quod & in christo iesu. Qui cum in forma dei esset: non rapinam arbitratus est esse se equalem deo: sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens: in similitudinem hominum factus: & habitu inuẽtus ut homo. Humiliauit semetipsum factus obediens usq; ad mortem: mortem autem crucis. Propter quod & deus exaltauit illum: & donauit illi nomẽ quod est super omne nomen: ut in nomine iesu omne genu flectatur: celestiũ terrestrium & infernorum. Et omnis lingua confiteatur quia dominus noster iesus christus in gloria est dei patris.

Et omnis lingua cõfite.q2.d n.ie chri.in.glo.est dei pat. Ual.grece.nõ legitur est nec in gloria sed in gloriã.est aũt sententia q; oĩs lingua cõfiteatur.q; dñs noster est iesus xp̃s & hoc in gloriam dei patris.siue q; iesus xp̃s est dñs noster in gloriam patris.

¶ Feria secunda.lectio Esaye.cap.l.c.

IN diebus illis. Dixit esayas. Domin⁹ deus aperuit mihi aurem: ego autem non contradico: retrorsum non abii. Corpus meũ dedi percutientibus: & genas meas uellentibus. Faciem meam non
Mat.xxvi.g. auerti ab increpantibus & conspuentibus in me. Dominus deus auxiliator meus: & ideo non sum confusus. Ideo posui faciem meam ut petram durissimam: & scio quoniam non confundar. Iuxta est q
Qui sperat in dño non confundetur. iustificat me: quis contradicet mihi? Stemus simul. Quis est aduersarius meus? Accedat ad me. Ecce dominus deus auxiliator me⁹: quis est qui condẽnet me? Ecce omnes quasi uestimentum conterẽtur: tinea comedet eos. Quis ex uobis timens deum: audiens uocem serui sui? Quis ambulauit in tenebris: & non est lumen ei? Speret in nomine domini: & innitatur in domino deo suo.

¶ Feria tertia.lectio Hieremye prophete.cap.xi.d.

IN diebus illis. Dixit hieremias. Domine demonstrasti mihi: & ego cognoui: tu ostendisti mihi studia eorum: & ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad uictimam: & nõ cognoui: quia cogitauerunt super me cõsilia dicentes. Mittamus lignum in panẽ eius: & eradamus eum de terra uiuentium: & nomen eius nõ memoretur amplius. Tu autem domine sabbaoth qui iudicas iuste & ꝓbas renes & corda: uideam ultionẽ tuam ex eis. Tibi enim reuelaui causam meam: domine deus meus.

¶ Feria quarta. Esaye prophete cap.lxii.d.&.lxiii.a.

HEc dicit dominus deus. Dicite filie syon: ecce saluator tuus uenit: ecce merces eius cum eo: & opus illius coram illo. Et uocabunt eos populus sanctus: redenti a domino. Tu autem uocaberis

quesita ciuitas:& non derelicta. Quis est iste qui uenit de edon tinctis uestibus de bosra? Iste formosus in stola sua: gradiens in multitudine fortitudinis sue. Ego q loquor iusticiā:& propugnator sum ad saluādū. Quare ergo rubrū est indumētū tuū:& uestimēta tua sicut calcātiū in torculari? Torcular calcaui solus:& de gētibus nō est uir mecū. Calcaui eos in furore meo:& cōculcaui eos in ira mea. Et aspersus est sanguis eoꝝ sup uestimēta mea:& oīa indumenta mea inquinaui. Dies enim ultiōis in corde meo:annus retributiōis mee uenit. Circūspexi & nō erat auxiliator:q̄siui & non fuit q adiuuaret. Et saluauit mihi brachiū meū & indignatio mea ipsa auxiliata ē mihi. Et cōculcaui populos in furore meo:& inebriaui eos in indignatione mea:& detraxi in terrā uirtutē eorū. Miserationū domini recordabor. laudē dñi sup oībus q̄ reddidit nobis dñs deus noster.

¶ Lectio Esaye prophete cap.liii.a.

IN diebus illis. Dixit esayas. Dñe quis credidit auditui nostro: & brachiū dñi cui reuelatū est? Et ascēdit sicut uirgultū coram eo:& sicut radix de terra sitiēti. Et nō est species ei neq; decor. Et uidimus eū:& nō erat aspectus:& desiderauimus eū despectū:& nouissimū uirorū uirū dolorū:& sciētē infirmitatē. Et quasi abscōdit⁹ uultus eius & despectus:unde neq; reputauimus eum. Vere languores nostros ipse tulit:& dolores nostros ipse portauit. Et nos reputauim⁹ eum quasi leprosum:& percussum a deo & humiliatum. Ipse autem uulneratus est propter iniquitates nostras: attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostre super eum:& liuore eius sanati sumus. Omnes nos quasi oues errauimus:unusquisq; in uiam suam declinauit. Et dñs posuit in eo iniquitatē omniū nostrorum. Oblatus est quia ipse uoluit:& non aperuit os suū. Sicut ouis ad occisionē ducetur:& quasi agnus corā tōdēte se obmutescet:& nō aperiet os suū. De angustia & de iudicio sublatus est. Generationē illius quis enarrabit? Quia abscisus est de terra uiuētium: ꝑpter scelus populi mei percussi eum. Et dabit impios pro sepultura: & diuites pro morte sua: eo q; iniquitatem non fecerit:nec dolus fuerit in ore eius: & domin⁹ uoluit conterere eum in infirmitate. Si posuerit pro peccato animā suam:uidebit semen longeuū:& uoluntas domini in manu eius dirigitur. Pro eo q; tradidit in mortem animam suam: & cum scelera tis reputatus est. Et ipse peccata multoꝝ tulit:& pro trāsgressoribus rogauit ut non perirent. dicit dominus omnipotens.

Joan.xii.f. Roma.x.c. i.Pe.ii.d. Xp̄s q: voluit passus est. Marci.xv.c. Luce.xxii.d.

¶ Feria quinta. in cena domini. Ad corinthios.i.cap.xi.d.

FRatres. Conuenientibus ergo uobis in unum:iam non est dominicam cenam manducare. Vnusquisq; enim suam cenam

Presumit ad mãducanduz. Val. gre. est in manducando. Mat. xxvj. c. Luce. xxij. b. Itẽ aut eccle. &c. ego dicere z an potiꝰ q̃ aut. Itẽ laudo vos grece ẽ laudabo vos. Itẽ et gratias agens gre. est. & cum gr̃as egisset. Itẽ nec est copula inter verba imperatiua sed tantũ accipite comedite. nec sequentiuz verborũ idẽ ordo sed hic hoc meum est corpus: qd̃ pro vobis frãgitur.

presumit ad manducandum. Et alius quidem esurit: alius autẽ ebrius est. Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibendum? Aut ecclesiam dei contẽnitis & cõfunditis eos qui non habẽt? Quid dicam uobis? Laudo uos: in hoc non laudo. Ego enim accepi a domino: quod & tradidi uobis. Quoniam dominus iesus in qua nocte tradebatur: accepit panem: & gratias agens fregit & dixit. Accipite & mãducate. Hoc est corpus meum: quod pro uobis tradetur. Hoc facite in meam cõmemorationem. Similiter & calicem postq̃ cenauit dicẽs. Hic calix nouũ testamentum est in meo sanguine. Hoc facite quotienscũq; sumitis in meam cõmemorationẽ. Quotienscũq; enim manducabitis panem hunc & calicem bibebitis: mortem domini annunciabitis: donec ueniat. Itaq; quicũq; manducauerit panem: & biberit calicem domini indigne: reus erit corporis & sanguinis domini. Probet autem seipsum homo: & sic de pane illo edat: & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne: iudicium sibi manducat & bibit: nõ diiudicãs corpus domini. Ideo inter uos multi infirmi & imbecilles: & dormiunt multi. Quod si nosmetipsos diiudicaremus non utiq; iudicaremur. Dum iudicamur autẽ: a domino corripimur: ut non cum hoc mundo damnemur.

Itẽ in meã cõmemoration̄. Nõ sumitur hic ꝓ cõmemoratione defunctorũ. seu pro mẽtione vt omnes veteres accipiebant: sed pro recordatione. & melius esset dicere in mei memoriã: seu recordationẽ ad significãdũ passionẽ. Itẽ quotienscũq; enim manducabitis. &c. & calicem bibetis. legendum est manducaueritis & biberitis. Item q si nosmetipsos &c. grece est si enim nosmetip. Neq; addendum fuit vtiq;.

Feria sexta. in parasceuẽ lectio Osee ꝓphete cap. vi. a.

HEc dicit dominus. In tribulatione sua mane consurgẽt ad me. Venite & reuertamur ad dominum quia ipse cepit & sanabit nos: percutiet & curabit nos. Viuificabit nos post duos dies: & in die tertio suscitabit nos & uiuemus in conspectu eius & sciemus seq̃mur q ut cognoscamus dominum. Quasi diluculũ preparatus est egressus eius: & ueniet quasi hymber nobis temporaneus & serotinus terre. Quid faciam tibi efraym: quid faciam tibi iuda? Misericordia uestra quasi nubes matutina: & quasi ros mane pertransiens. Propter hoc dolaui in ꝓphetis: & occidi eos in uerbis oris mei: & iudicia tua
Mat. ix. b. quasi lux egredientur. Quia misericordiam uolui & non sacrificiũ & scientiam dei: plusq̃ holocaustum.

Exodi capitulo duodecimo. a.

IN diebus illis. Dixit dominus ad moysen & aaron in terra egypti. Mensis iste uobis principium mensium: primus erit in mensibus anni. Loquimini ad uniuersum cetum filiorum israel: & dicite eis. Decima die mensis huius: tollat unusquisq; agnum per familias

& domus suas. Sin autem minor est numerus ut sufficere possit ad uescendum agnum: assumet uicinum suum: qui coniunctus est do mui eius iuxta numerum animarum: que sufficere possit ad esum agni. Erit autem agnus absq; macula: masculus anniculus. Iuxta quem ritum tolletis & hedum & seruabitis eum usq; ad quartamde/cimam diem mensis huius. Immolabitq; eum uniuersa multitudo filiorum israel ad uesperam: et sument de sanguine eius: ac ponét su per utrumq; postem: & insuper liminatibus domorum: in quib⁹ co/medét illum. Et edent carnes nocte illa assas igni: & azimos panes cum lactucis agrestibus. Non comedetis ex eo crudum quid nec co ctum aqua: sed assum tantum igni. Caput cum pedibus eius & inte/stinis uorabitis: nec remanebit quicq̃ ex eo usq; mane. Si quid residu um fuerit: igne comburetis. Sic autem comedetis illum. Renes ue/stros accingetis & calciamenta habebitis in pedibus tenentes bacu/los in manibus & comedetis festinanter. Est enim phase. idest transi tus domini.

¶ Sabbato sancto pasche Genesis. capitulo.i.a. capitulo.ii.a.

IN principio creauit deus cœlum et terram. Terra autem erat inanis & uacua: & tenebre erant super faciem abyssi & spiritus domini ferebatur super aquas. Dixitq; de⁹. Fiat lux. Et facta est lux. Et uidit deus lucem q̃ esset bona: & diuisit lucem a tenebris. Appel/lauitq; lucem diem: & tenebras noctem. Factumq; est uespere & ma ne dies unus. Dixit quoq; deus. Fiat firmamentum in medio aqua rum: & diuidat aquas ab aquis. Et fecit deus firmamentum. Diuisit q; aquas que erant sub firmamento: ab his que erant supra firmamé tum. Et factum est ita. Vocauitq; deus firmamentum cœlum. Et fa/ctum est uespere & mane dies secundus. Dixit uero deus. Congre/gentur aque que sub cœlo sunt in locum unum: & appareat arida. Factumq; est ita. Et uocauit deus aridam terram: congregationesq; aquarum appellauit maria. Et uidit deus quod esset bonum: & ait. Germinet terra herbam uirentem: & facientem semen: & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum: cuius semé in semet ipso sit super terram. Et factum est ita. Et protulit terra herbam uiré tem: & afferentem semen iuxta genus suum: lignumq; faciens fru ctum: & habens unũ quodq; sementem secundum speciem suam. & uidit deus q esset bonũ: factũq; est uespere & mane dies tertius. Di/xitq; autem deus. Fiant luminaria in firmamento cęli: & diuidãt dié ac noctem: & sint in signa: & tempora & dies & annos: ut luceant in firmaméto cęli: & illuminent terram. Et factum est ita. Fecitq; deus

Dies creatio nis mũdi pri mus. Hebre. ri.a. Dies secũdus. Dies tertius. Dies quart⁹.

duo magna luminaria. luminare mai⁹ ut preesset diei: & luminare minus ut preesset nocti: & stellas. Et posuit eas in firmamento coeli: ut lucerent super terram et preessent diei ac nocti: et diuiderēt lucē a tenebris. Et uidit deus quod esset bonum. Factumq̧ est uespere &

Dies quitus.

mane dies quartus. Dixit etiam deus. Producant aque reptile anime uiuentis: & uolatile super terram sub firmamento celi. Creauitq̧ deus cete grandia: & omnem animam uiuentem atq̧ motabilem: quam produxerant aque in species suas & omne uolatile secundum

Piscium et auium gen⁹ vnū.

genus suum. Et uidit deus q̧ esset bonum: benedixitq̧ eis dicēs. Crescite & multiplicamini: & replete aquas maris: auesq̧ multiplicētur super terram. Et factum est uespere & mane dies quintus. Dixit quo

Dies sextus.

q̧ deus. producat terra animam uiuentem in genere suo: iumenta & reptilia & bestias terre secundum species suas. Factumq̧ est ita. Et fecit deus bestias terre iuxta species suas & iumenta & omne reptile terre in genere suo. Et uidit deus quod esset bonū: & ait. Faciam⁹ hoiem ad imaginē & similitudinē nostrā: & p̄sit piscibus maris & uolatilibus coeli: & bestiis uniuerse terre: oīq̧ reptili quod mouetur in

Ad imaginem suā creauit deus hominem Eccle. xvij. a. Mat. x. a.

terra. Et creauit deus hoiem ad imaginē & similitudinē suā: ad imaginē dei creauit illū: masculū & fęminā creauit eos. Benedixitq̧ illis deus & ait. Crescite & multiplicamini & replete terram & subiicite eam: & dn̄amini piscibus maris & uolatilibus coeli: & uniuersis animātibus q̄ mouētur sup terrā. Dixitq̧ de⁹. Ecce uobis dedi oēm herbam afferētē semē super terre & uniuersa ligna q̄ habēt in semetipsis sementē generis sui: ut sint uobis in escā: cunctis animantibus terre: omniq̧ uolucri coeli et uniuersis q̄ mouētur in terra: & in quib⁹ est aīa uiuēs: ut habeāt ad uescēdum. Et factum est ita. Viditq̧ deus cūcta que fecerat: & erāt ualde bona. Et factum est uespere & mane

Cūcta que fecit deus sunt valde bona. Eccle. xxxix. c. Marci. vij. d.

dies sextus. Igitur perfecti sunt coeli & terra: & ois ornatus eorum. Compleuitq̧ deus die septimo opus suum quod fecerat: et requieuit die septimo ab uniuerso opere quod patrarat.

¶ Lectio exodi cap. xiiii. f.

IN diebus illis. Factum est in uigilia matutina: & ecce respiciens dominus super castra egiptiorum per colūnam ignis & nubis: interfecit exercitū eorū et subuertit rotas curruum: ferebanturq̧ in profundum. Dixerunt ergo egyptiis. Fugiamus israelem: dominus enim

Iudit. ix. b.

pugnat pro eis contra nos. Et ait dominus ad moysen. Extende manum tuam super mare: & reuertātur aque ad egyptios super currus & equites eorum. Cumq̧ extendisset moyses manum contra mare: reuersum est primo diluculo ad priorem locum. Fugiētibusq̧ egyptiis: occurrerunt aque: & inuoluit eos dominus in mediis fluctibus.

Reuerseqꝫ sunt aque: & operuerunt currus & equites cuncti exerci- tus pharaonis: qui sequentes ingressi fuerant mare: nec unus quidē superfuit ex eis. Filii autem israel perrexerunt per medium sicci ma- ris: & aque eis erant quasi pro muro a dextris & sinistris. Liberauitqꝫ dominus in die illa israel de manu egyptiorum: & uiderūt egyptios mortuos super littus maris: & manum magnā quā exercuerat dn̄s contra eos. Timuit populus dn̄m: & crediderūt dn̄o & moysi seruo eius. Tūc cecinit moyses & filii israel carmen hoc dn̄o et dixerunt.

Math. cv. Esaye. xl. d.

¶ Lectio Esaye prophete cap. iiii. a.

IN diebus illis. Apprehendent septem mulieres uirum unum in die illa: dicentes. Panem nostrum comedemus: & uestimentis nostris operiemur: tantūmodo inuocetur nomen tuum super nos: aufer opprobrium nostrum. In die illa erit germen domini in mag- nificentia & gloria fructus terre sublimis: & exultatio his qui salua- ti fuerint de israel. Et erit omnis qui relictꝰ fuerit in syon & residiuꝰ in hierusalem: sanctus uocabitur omnis qui scriptꝰ est in uita in hie rusalem. Si abluerit dominus sordem filiarum syon & sanguinem hierusalem lauerit de medio eius: in spiritu iudicii & spiritu ardoris. Et creauit dominus super omnem locum montis syon: & ubi inuo catus est: nubem per diem & fumum & splendorem ignis flamman tis in nocte. Super omnem enim gloriam protectio: & tabernacu- lum erit in umbraculum diei ab ęstu: in securitatem & absconsionē a turbine & a pluuia.

¶ Lectio Esaye cap. lv.

HEc est hereditas seruorum domini: & iustitia eorum apud me dicit dominus. Omnes sitientes uenite ad aquas: & qui nō ha- betis argentum: properate emite & comedite. Require supra. om- nes sitientes. fo. xxv.

¶ Ad colossenses cap. iii. a.

FRatres. Si consurrexistis cum christo: que sursum sunt querite ubi christus est in dexteram dei sedens. Que sursum sunt sapi- te: non que super terram. Mortui enim estis: & uita uestra abscondi- ta est cum christo in deo. Cum enim christus apparuerit uita uestra: tunc & uos apparebitis cum ipso in gloria.

¶ Dominica in resurrectione. Ad corinthios prima. cap. v. c.

FRatres. Expurgate uetus fermentū ut sitis noua conspersio: si- cut estis azimi. Etenim pascha nostrū immolatus est christus. Itaqꝫ epulemur: non in fermento ueteri: neqꝫ in fermento malitie & nequitie: sed in azimis sinceritatis & ueritatis.

Pascha nr̄m immolatus est xp̄s. Gal. Hec est apud nos. ꝓ nobis. nam grece ē. q̄ꝛ pascha nr̄m pro nobis immolatus est xp̄s. Itē itaqꝫ epulemur. non est in greco epulemur sed dic̄ festum agamꝰ.

¶ Feria secunda. Actuū cap. x. f.

IN diebus illis. Stans petrus in medio plebis dixit. Viri fratres: uos scitis quod factũ est uerbum domini p uniuersam iudeam: Incipiẽs enim a galilea post baptismũ: quod pdicauit ioãnes iesum a nazareth: quomodo unxit eũ deus spiritu sancto & uirtute: qui pertransiuit benefaciendo et sanando omnes oppressos a diabolo: qm deus erat cum illo. Et nos testes sumus omniũ q̃ fecit in regione iudeoꝝ & hierusalẽ quem occiderunt suspẽdentes in ligno. Hũc deus suscitauit tertia die: & dedit eum manifestũ fieri non omni populo: sed testibus preordinatis a deo nobis qui mãducauimus & bibimus cũ illo postq̃ resurrexit a mortuis. Et pcepit nobis pdicare populo & testificari quia ipse est qui constitutus est a deo iudex uiuorũ & mortuorũ. Huic omnes pphete testimoniũ peribent: remissionẽ peccatorum accipere per nomen eius: omnes qui credunt in eum.

Christus constitutus est iudex viuorum & mortuorum.

℄ Feria tertia. Actuũ apostolorũ cap. xiii. d.

IN diebus illis. Surgens paulus & manu silentium indicens ait. Viri fratres filii generis abraham: & qui in uobis timent deũ: uobis uerbum salutis huius missum est. Qui enim habitant hierusalem & principes eius ignorantes iesum: & uoces prophetarum que per omne sabbatum leguntur: iudicantes impleuerũt. Et nullã causam mortis inuenientes in eo: petierunt a pilato ut interficerent eũ. Cumq̧ consumassent omnia que de eo scripta sunt: deponentes eũ de ligno: posuerunt in monumento. Deus uero suscitauit eũ a mortuis tertia dei: qui uisus est per dies multos his qui simul ascenderant cum eo de galilea in hierusalem: qui usq̧ nũc sunt testes eius ad plebem. Et nos uobis annũciamus eam que ad patres nostros repromissio facta est: quoniam hanc deus adimpleuit filiis uestris resuscitans iesum christum dominum nostrum.

Luce. xxiiij. b.

℄ Feria quarta. Actuum cap. iii. c.

IN diebus illis. Apperiẽs petrus os suum dixit. Viri israelite & q timetis deum audite. Deus abraham: & deus ysaac: & deus iacob: deus patrum nostrorũ glorificauit filiũ suum iesum: quem uos quidem tradidistis & negastis ante faciem pilati: iudicante illo dimitti. Vos autem sanctum & iustum negastis: & petistis uirum homicidam donari uobis: autorem uero uite interfecistis: quem deus suscitauit a mortuis cuius nos testes sumus. Et nunc fratres scio quia per ignorantiam fecistis: sicut & principes uestri. Deus autem qui pnunciauit per os omnium prophetarum pati christum suum: impleuit sic. Penitemini igitur & conuertimini: ut deleantur uestra peccata.

Eccles. xvii. c.

℄ Feria quinta. Actuum apostolorum. cap. viii. e.

IN diebus illis. Angelus domini locutus est ad philippũ dicens. Surge & uade contra meridianũ ad uiã q̃ descendit ad hierusa lẽ in gazã. Hęc est deserta. Et surgens abiit. Et ecce uir ethiops eunuchus potens candacis regine ethiopũ: qui erat sup omnes gazas ei⁹ uenerat adorare in hierusalẽ. Et reuertebatur sedẽs super currũ suũ: legẽsq; esayam ꝓphetã. Dixit aũt spũs philippo. Accede & adiunge te ad currũ istũ. Accurrẽs aũt philipp⁹: audiuit illũ legẽtẽ esayã prophetã. Et dixit. Putasne intelligis q̃ legis? Qui ait. Et quomodo possum intelligere: si aliqs nõ ostẽderit mihi? Rogauitq; philippũ ut ascẽderet: & sederet secũ. Locus aũt scripture quã legebat erat hic. Tã q̃ ouis ab occisionẽ duct⁹ est: & sicut agn⁹ corã tondẽte se sine uoce: sic ne aperuit os suũ. In humilitate iudiciũ ei⁹ sublatũ est. Generationem eius quis enarrabit? Quoniã tolletur de terra uita eius. Respõdẽs aũt eunuchus philippo dixit. Obsecro te: de quo propheta dicit hoc? De se an de alio aliquo? Aperiens autem philippus os suũ: & incipiẽs a scriptura ista: euangelizauit illi iesum. Et dũ iret p uiã: uenerunt ad quãdã aquam. Et ait eunuchus. Ecce aqua. Quis ꝓhibet me baptizari? Dixit aũt philippus. Si credis ex toto corde: licet. Et respõdens ait. Credo filium dei esse iesum christũ. Et iussit stare currũ. Et descenderunt uterq; in aquã philippus & eunuchus & baptizauit eũ. Cũ aũt ascẽdissent de aqua: spũs domini rapuit philippũ: & amplius nõ uidit eum eunuchus. Ibat autẽ per uiã suã gaudẽs. Philippus autem inuẽtus est in azoto. Et pertransiens euangelizabat ciuitatibus cunctis: donec ueniret cesaream nomen domini nostri iesu christi.

Surge et vade. Vall. grece nõ est meridianũ sed meridiem, nec contra sed versus vt fuerit transferendũ surge et vade meridiẽ versus. Ecce. vir. eth. eu. potens cand. reg. non est intelligẽdũ q fuerit potẽs candacis reginenam barba re: aliqs potens regine sed q erat eunuchus qõq; potẽs cand. reg. et fuerit transferendum vt greca veritas patitur pretor aut pses seu magistratus cãd. reg.

Esa. rc. liij. c.

Itẽ putans ne intel. grece potius sic est. num quid intelligis que legis rc.

Itez et quomodo possum rc. grg. ad verbuz sic est. Ille autez ait quo nã modo possim nisi quis duxerit me?

Luce. xviij. f.

Mat. xxiij. c.

ℭ Feria sexta. Lectio petri apostoli. i. cap. iii. c.

CHarissimi. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est: iustus pro iniustis: ut nos offerret deo: mortificatos quidem carne: uiuificatos autem spiritu. In quo & his qui in carcere erant spiritualiter ueniens predicauit: qui increduli fuerant: aliquando expectabant dei patientiam in diebus noe: cũ fabricaretur archa: in qua pauci idest octo anime salue facte sunt super aquam. Quod & nos nunc similis forme saluos facit baptisma: non carnis depositio sordium: sed consciẽtie bone interrogatio in deum. Per resurrectionẽ iesu christi domini nostri qui est in dextera dei patris.

ℭ Sabbato lectio Petri apostoli. i. cap. ii. a.

CHarissimi. Deponẽtes omnẽ maliciã & omnẽ dolum: & simulationes: & inuidias: & omnes detractiones: sicut modo geniti infantes rationabiles & sine dolo: lac concupiscite: ut in eo crescatis in salutem: si tamen gustatis quoniã dulcis est dñs. Ad quem accedẽtes lapidẽ uiuũ: ab hominibus quidẽ reprobatum: a deo aũt electũ &

Sicut modo geniti infa. val la. velut modo gr. potius q̃ sicut dixissem.

Item rationa biles. legēdū ē rationabile videlicet lac & illud & sine dolo ad lac refertur Item. domos spūales etiam ntō casu & numero singulari legēdū est domus spūalis. Esa.xxvij.d. Psal.cxvij. Mat.xxj.d.

honorificatum:& ipsi tanq̄ lapides uiui super edificamini domos spirituales in sacerdotium sanctum:offerentes spirituales hostias: acceptabiles deo:per iesum christum. Propter quod continet scriptura. Ecce pono in syon lapidem summum angularem: probatum: electum:preciosum:& omnis qui crediderit in eum:non confundetur. Vobis igitur honor credentibus non credentibus autem lapis q̄ reprobauerunt edificantes:hic factus est in capud anguli. Et lapis offensionis:& petra scandali:his qui offendunt uerbo: nec credunt in quo & positi sunt. Vos autem genus electum regale sacerdotium: gens sancta. & populus acquisitionis:ut uirtutes annuncietis eiꝰ qui de tenebris uos uocauit in admirabile nomen suum. Qui aliquādo non populus dei:nunc autem populus dei. Qui non consecuti misericordiam:nunc autem misericordiam consecuti.

¶ Dominica in albis Ioannis apostoli.i.cap̄.v.a.

j.Co:in.xv.g. Fides nr̄a uincit mundum.

CHarissimi. Omne quod natum est ex deo uincit mundum. Et hec uictoria que uincit mundum:fides nostra. Quis est autem qui uincit mundum:nisi qui credit quoniam iesus est filius dei? Hic est qui uenit per aquā & sanguinē iesus christus. Non in aqua solū: sed in aqua & sanguine & spiritus est qui testificatur quoniā christus est ueritas. Quoniā tres sunt qui testimoniū dant in celo. Pater uerbum & spiritus sanctus. Et hi tres unū sunt. Et tres sunt qui testimonium dant in terra:spiritus:aqua & sanguis. Et hi tres unum sunt. Si testimonium hominum accipimus:testimonium dei maius est: quoniam hoc est testimonium dei quod maius est: quia testificatus est de filio suo. Qui credit in filium dei:habet testimonium dei in se.

Joan.iij.d.

¶ Feria quarta. Ad corinthios.i.cap̄.xv.b.

FRatres. Si autē christus predicatur q̄ resurrexit a mortuis: quomodo quidam dicunt in uobis q̄ resurrectio mortuorum non est? Si autem resurrectio mortuorum nō est nec christus resurrexit. Si autem christus non resurrexit inanis est ergo predicatio nostra: inanis est & fides uestra. Inuenimur autem & falsi testes dei: quoniā testimonium diximus aduersus deum q̄ suscitauerit christū quē nō suscitauit:si mortui non resurgunt:nā si mortui non resurgunt:nec christus resurrexit. Quod si xp̄s non resurrexit uana est fides uestra. Adhuc enim estis in peccatis uestris. Ergo & qui dormierunt in xp̄o perierunt. Si in hac uita tantū in xp̄o sperantes sumus: miserabiliores sumus omnibus hominibus. Nūc aūt xp̄s resurrexit a mortuis: primitie dormiētiū:qm̄ quidē p̄ hominē mors:& p̄ hominē resurrectio mortuorū. Et sicut in adā oēs moriuntur:ita & in xp̄o omnes uiuificabuntur:unusquisq̄ autem in suo ordine primitie christus.

Xp̄s primitie dormiētiū surrexit. Colo.j.c. j.Thes.iiij.d.

¶ Feria sexta. Ad romanos cap.v.a.

FRatres. Cum adhuc essemus infirmi: christus secundũ tempus pro impiis mortuus est: iustus pro iniustis. Vix enim pro iusto quis moritur. Nam pro bono forsitan quis audeat mori? Cõmendat autem suam charitatem deus in uobis quoniam si cum adhuc peccatores essemus secundũ tempus: xp̃s pro nobis mortuus est: multo igitur magis iustificati nunc in sanguine ipsius salui erimus ab ira p ipsum. Si enim cum inimici essemus reconciliati sumus deo p mortem filii eius: multo magis recõciliati salui erimus in uita ipsius. Nõ solum autem: sed gloriamur in deo. Per iesum xp̃m dñm nostrum.

¶ Dominica secunda post pascha beati Petri.i.cap.ii.d.

CHarissimi. Christus passus est pro nobis: uobis relinquẽs exemplum: ut sequamini uestigia eius. Qui peccatum non fecit: nec inuentus est dolus in ore eius. Qui cum malediceretur nõ maledicebat. Cum pateretur non comminabatur. Tradebat autem iudicanti se iniuste: qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignũ ut peccatis mortui iustitie uiuamus cuius liuore sanati estis. Eratis enim sicut oues errantes. Sed conuersi estis nunc ad pastorem & episcopum animarum uestrarum.

Xp̃s peccatũ non fecit.

¶ Feria quarta. Ad hebreos.cap.xiii.c.

FRatres. Obedite prepositis uestris & subiacete eis. Ipsi enim peruigilant quasi rationem pro animabus uestris reddituri: ut cũ gaudio hoc faciant & non gementes. Hoc enim non expedit uobis. Orate pro nobis. Confidimus enim quia bonam conscientiam habemus in omnibus bene uolentes conuersari. Amplius autem deprecor uos hoc facere: quo celerius restituar uobis. Deus autor pacis q eduxit de mortuis pastorem magnum ouium in sanguine testamẽti eterni dominum nostrum iesum christum aptet uos in omni opere bono: ut faciatis eius uoluntatem: faciens in uobis q placeat coram se per iesum christum. Cui est gloria in secula seculorũ. Amẽ.

Prepositis no stris obedire tenemur.

¶ Feria sexta. Actuum apostolorum cap.iiii.c.

IN diebus illis. Multitudinis autem credentium erat cor unum & anima una. Nec quisq̃ eorũ que possidebat aliquid suum esse dicebat: sed erant illis oĩa cõmunia. Et uirtute magna reddebant apostoli testimoniũ resurrectionis iesu christi domini nostri: & grã magna erat in omnibus illis. Neq̧ enim quisq̃ egẽs erat inter illos. Quotquot enim possessores domorũ aut agrorum erant uendentes: afferebant precia eorũ que uendebant & ponebant ante pedes apostolorum. Diuidebantur autem singulis prout cuiq̧ opus erat.

¶ Dominica tertia. Petri apostoli.i.cap.ii.b.

Carnalia desideria militant aduersus aias. Qd detractat de vobis rc. Ual. magis dicendu erat ob trectant siue detrahunt siue vituperant. Ite in die visitationis melius e et inspectionis.
Item subditi estote magis e grece este siue sitis qua estote.

O Harissimi. Obsecro uos tanq̃ aduenas & peregrinos abstinere uos a carnalibus desideriis q̃ militant aduersus animã. Couersationẽ uestrã inter gentes habẽtes bonam: ut in eo quod detractant de uobis tanq̃ de malefactoribus ex bonis operibus uos cõsiderãtes: glorificẽt deũ in die uisitationis. Subiecti estote omni humane creature propter deum. Siue regi quasi precellenti. Siue ducibus tanq̃ ab eo missis ad uindictã malefactorũ: laudẽ uero bonorũ. Quia sic est uoluntas dei: ut bene facientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. Quasi liberi: & non quasi uelamẽ habẽtes malitie libertatem: sed sicut serui dei. Omnes honorate. Fraternitatem diligite. Deum timete. Regẽ honorificate. Serui subditi estote in omni timore dominis. Non tantum bonis & modestis: sed etiam discholis. Hec est enim gratia. In christo iesu domino nostro.

¶ Feria quarta. Ad hebreos cap̃. ix. f.

Ad multorũ exhauri. pe. Ual. g. est multorum referenda siue exhibẽda peccata: videlicet vt remittere̅ntur a patre. Statutum est hominibus semel mori.

FRatres. Non enim in manu facta sancta iesus introiuit exẽplaria uerorum: sed in ipsum cęlum ut appareat nunc uultui dei p̃ nobis. Neq; ut sepe offerat semetipsum quemadmodum põtifex intrat in sancta per singulos ãnos in sanguine alieno. Alioquin oportebat eum pati frequenter ab origine mundi. Nunc autem semel in consumatione seculorum ad destitutionem peccati per hostiam suã apparuit. Et quemadmodum statutum est hominibus semel mori: post hęc autem iuditium sic & christus semel oblatus est ad multorũ exhaurienda peccata. secundo sine peccato apparebit omnibus expectantibus se in salutem.

¶ Feria sexta. Ad romanos cap̃. xiiii. b.

FRatres. Nemo nostrũ sibi uiuit: & nemo sibi moritur. Siue enĩ uiuimus: domino uiuimus. Siue morimur dño morimur. Siue ergo uiuimus siue morimur domini sumus: in hoc enim xp̃s mortuus est & resurrexit: ut mortuorũ & uiuorũ dominetur. Tu aũt quid iudicas fratrẽ tuum in mãducãdo: & quare spernis fratrẽ tuũ in non edendo? Oẽs enim stabimus ante tribunal dei. Scriptũ est enim. Viuo ego dicit dñs: q̃m mihi flectetur omne genu: & oĩs lingua cõfitebitur deo. Itaq; unusquisq; nostrum pro se rationem reddet deo.

Esaie. xlv. d. Phili. ii. b. Reddet pro se rationem. grẽ. est de se siue de seipso.

¶ Dominica quarta. Iacobi apostoli cap̃. i. c.

Apud deũ nõ est transmutatio. Prouer. xvii. Eccle. v. c.

FRatres. Omne datum optimum & omne donũ perfectum desursum est: descendens a patre luminum. Apud quem non est transmutatio: nec uicissitudinis obumbratio. Voluntarie enim genuit nos uerbo ueritatis: ut simus initium aliquod creature eius. Scitis fratres mei dilectissimi. Sit autem omnis homo uelox ad audiendum: tardus autem ad loquendum: & tardus ad iram. Ita enim uiri

iusticiam dei non operatur: propter quod abiicientes omnē immū- ditiam & abundantiam malitie in mansuetudine suscipite insitum uerbum. Quod potest saluare animas uestras. Ira viri iusticiam dei non operatur.

Voluntarie enim ge. &c. Val. Ego dixissem volēs cōcepit nos verbo veritatis vt essemus primitie quedā creaturarum eius seu suarum. Item scitis fratres mei dil. Grece est itaq fratres mei.

℄ Feria quarta. Ad thesalonicenses.i.cap̄.v.b.

FRatres. Omnes enim uos filii lucis estis & filii dei. Non sumus noctis nec tenebrarum. Igitur non dormiamus sicut et ceteri: sed uigilemus & sobrii simus. Que enim dormiunt nocte dormiūt: & qui ebrii sunt: nocte ebrii sunt. Nos autem qui diei sumus sobrii simus induti loricā fidei & charitatis: & galeam spem salutis: quoniā non posuit nos deus in iram: sed in acquisitionem salutis per dominum nrm̄ iesum xp̄m qui mortuus est pro nobis. Vt siue uigilemus siue dormiamus simul cum illo uiuamus. Propter quod consolamini inuicem & edificate alterutrum in xp̄o iesu dn̄o nr̄o.

℄ Feria sexta. Ad colossenses cap̄.i.b.

FRatres. Gratias agim⁹ deo & patri qui dignos nos fecit in partē sortis sanctorū in lumine. Qui eripuit nos de potestate tenebrarum: & transtulit in regnum filii dilectionis sue: in quo habem⁹ redemptionem & remissionē peccatorū. Qui est imago dei inuisibilis primogenitus oīs creature. Quoniā in ipso condita sunt uniuersa in celis & in terra uisibilia & inuisibilia. Siue troni: siue dn̄ationes: siue principatus: siue potestates: oīa p ipsum & in ipso creata sunt. Et ipse ē ante oēs: & oīa ī ipso cōstāt. Et ipse est caput corporis ecclesie: qui est principium primogenitus ex mortuis: ut sit in oībus ipse primatum tenēs. Quia in ipso cōplacuit oēm plenitudinē ueritatis habitare corporaliter: & per eū recōciliari oīa in ipsum pacificans per sanguinem crucis eius: siue qui in celis sunt: siue qui in terra.

℄ Dominica quinta. Iacobi cap̄.i.d.

CHarissimi. Estote factores uerbi & non auditores tantū: fallētes uos metipsos. Quia si quis auditor ē uerbi & nō factor: hic cōparabitur uiro cōsideranti uultū natiuitatis sue in speculo. Cōsiderauit enī se & abiit: & stati oblit⁹ est qualis fuerit. Qui aūt pspexerit in lege pfecte libertatis & pmāserit ī ea: nō auditor obliuiosus fact⁹ sed factor opis: hic beat⁹ ī facto suo erit. Si qs aūt putat se religiosū esse nō refrenās līguā suā: sed seducēs cor suū: huius uana ē religio. Religio munda & immaculata apud deum & patrem hec est. Visitare populos & uiduas in tribulatione eorū: & immaculatum se custodire ab hoc seculo. Que sit vera religio apud deum.

Et immaculatum se custo. ab hoc seculo. Grece est ab hoc mundo.

¶ Feria secunda. Rogationum. Iacobi apostoli cap. v. d.

Multũ valet depcatio iusti

CHarissimi. Cõfitemini alterutrum peccata uestra: & orate pro inuicem: ut saluemini. Multum enim ualet deprecatio iusti assidua. Helyas homo erat similis nobis passibilis: et oratione orauit ut non plueret super terram: & non pluit annos tres et menses sex. Et rursum orauit in coelum: & dedit pluuiã & terra dedit fructũ suũ Fratres mei si quis autem ex uobis errauerit a ueritate: & conuerterit quis eũ: scire debet: qm̃ qui conuerti fecerit peccatorẽ ab errore uie sue: saluabit animã eius a morte. Et operit multitudinẽ peccatorũ.

Et saluabit animã eius a morte. Nõ legitur grece ei⁹ quod magis erat dicendum suam.

Confitemini alterutrũ pctã vr̃a: & orate p̃ inuicem. Val. Quis hãc sermonis barbariẽ ferat? p̃ inuicẽ. Sic enim transferendũ erat. Confitemini mutuo peccata vestra et orate pro vobis mutuo.

¶ Feria quarta. ad timotheum. i. cap. ii. a

Obsecro vos. Valla potius legendum esse horor: autumat quã obsecro.

CHarissimi. Obsecro uos: primum omnium fieri orationes: obsecrationes: postulationes: gratiarum actiones pro omnibus hominibus: & pro regibus & oĩbus qui in sublimitate sunt cõstituti: ut trãquillã & quietã uitã agamus in omni pietate & castitate. Hoc enim bonũ est & acceptũ coram saluatorẽ nostro deo: qui oẽs homines uult saluos fieri: & ad agnitionẽ ueritatis uenire. Vnus est enim deus: & unus mediator dei & hominũ: homo xp̃s iesus: qui dedit redemptionem semetipsum pro oĩbus: cuius testimonium cõfirmatum est suis temporibus in quo positus sum ego predicator et apostolus. Veritatem dico non mentior: doctor gentium in fide & ueritate.

Itẽ p̃ regib⁹ & oib⁹ q̃ in sub. sunt constituti Nec eleganter nũc dr̃ cõstituti nec grece legitur: sed tantum q̃ in sublimitate vel dignitate sunt.

Itẽ in quo posi. sum ego p̃dicator & apostolus. magis dr̃ preco: quã p̃dicator: grece.

¶ In uigilia ascensionis. Ad ephesios cap. iiii. b.

Joan. iij. b.

FRatres. Vnicuiq; nostrũ data est gratia secũdũ mensurã donationis christi. Propter quod dicit. Ascendens in altum captiuã duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Quod autem ascendit quid est: nisi quia & descẽdit primum in inferiores partes terre? Qui descendit ipse est: & qui ascendit super omnes coelos ut adimpleret omnia. Et ipse dedit quosdam quidẽ apostolos: quosdam autẽ prophetas. Alios uero euãgelistas: alios aũt pastores & doctores ad consumationẽ sanctoꝝ in opus ministerii in edificationẽ corporis xp̃i: donec occurramus omnes in unitatẽ fidei & agnitionis filii dei: in uirũ perfectum in mensuram etatis plenitudinis xp̃i dñi nostri.

i. cor. xij. b.

¶ In die ascensionis. Lectio Actuũ apłorum. cap. i. a

Et conuescens Laurẽ. Volc.

PRimum quidẽ sermonem fecit de omnibus o teophile: que cepit iesus facere & docere: usq; in diem qua precipiẽs apostolis p spiritum sanctum quos elegit: assũpt⁹ est. Quibus & prebuit seipsũ uiuũ post passionẽ suã in multis argumẽtis p dies q̃dragita apparẽs

eis:& loquens de regno dei. Et conuescens precepit eis ab hierosoly mis ne discederent:sed expectarent promissionem patris: quam au/ distis inquit per os meum. Quia ioannes quidem baptizaui aqua: uos autem baptizabimini spiritu sancto: non post multos hos dies. Igitur qui conuenerant interrogabant eum dicentes. Domine si in tempore hoc restitues regnum israel? Dixit autem eis. Non est ue/ strum nosse tempora uel momenta: que pater posuit in sua potesta/ te. Sed accipietis uirtutem superuenie̅tis spiritus sancti in uos: et eri/ tis mihi testes in hierusalem:& in omni iudea & samaria: & usq̧ ad ultimum terre:& cum hoc dixisset uidentibus illis eleuatus est: & nu bes suscepit eum ab oculis eorum. Cumq̧ intuerent in coelum eun tem illum: ecce duo uiri astiterunt iuxta illos in uestibus albis: qui & dixerunt. Viri galilei quid statis aspicientes in cęlum? Hic iesus qui assumptus est a uobis in coelum: sic ueniet: quemadmodum uidistis eum euntem in coelum.

gere debemus cõuescens sed conuersans vt docet greca ve ritas.
Joan.j.d.
Eritis mihi testes i hierusalem.zc. Val. docet hic vna copulatiua .s. et vt sit eritis mihi testes et in hierusalem z in oi iudea.
Ita z supra cepit iesus facere z docere. vt sit cep.ie.z facere z docere. ita namq̧ apd grecos elegan ter vsurpatur.

℄ Dñica post asce̅sionem. Lectio Petri apostoli.i.cap.iiii.b.

CHarissimi. Estote prudentes:& uigilate in orationibus. Ante oĩa aute̅ matuã in uobis metipsis charitate̅ continuam haben tes: quia charitas operit multitudinem peccatorum. Hospitales in/ uicem sine murmuratione. Vnusquisq̧ sicut accepit gratiam in alte rutrum illam administrantes: sicut boni dispensatores multiformis gratie dei. Si quis loquitur quasi sermones dei. Si quis ministrat: tan q̄ ex uirtute quã administrat deus: ut in omnibus honorificetur de⁹: per iesum christum dominum nostrum.

Charitas operit multitudi ne̅ pctõr.

℄ Feria sexta post octa. asce̅sionis. Ad hebreos cap.ii.b.

FRatres. Vidimus iesum christum propter passione̅ mortis: glo ria & honore coronatum: ut gratia dei pro omnibus gustaret mortem. Decebat eum propter quem omnia: & per quem omnia: q multos filios in gloriam adduxerat autorem salutis eorum per pas/ sionem consumari. Qui enim sanctificat:& q sanctificatur ex uno omnes. Propter quam causam: no̅ co̅funditur fratres eos uocare di ce̅s. Narrabo nomen tuũ fratribus meis: in medio ecclesie laudabo te. Et iterum. Ego ero fidens in eũ. Et iterum. Ecce ego & pueri mei: quos dedit mihi deus. Quia ergo pueri communicauerunt carni & sanguini:& ipse similiter participauit eiusdem ut per morte̅ destrue ret eum qui habebat mortis imperiũ: idest diabolũ:& liberaret eos qui timore mortis per totã uitã obnoxii erant seruituti. Nusq̄ enim angelos apprehe̅dit: sed seme̅ habrae apprehe̅dit. Vnde debuit per oĩa fratribus assimilari: ut misericors fieret:& fidelis po̅tifex ad deũ ut repropiciaret delicta populi. In eo enim in quo passus est ipse et

Psal.xxj.
Esa.viij.d.
j.Cor.xv.g

tentatus: potens est et eis qui tentatur auxiliari. Unde fratres sancti uocationis celestis participes: considerate apostolum & pontificem confessionis nostre. Iesum christum dominum nostrum.

¶ Sabbato in uigilia penthecostes. Genesis cap. xxii. a.

Tentauit deus abraham: & dixit ad eum. Abraham Abraham. At ille respondit. Adsum. Ait illi. Tolle filium tuum unigenitum: quem diligis ysaac: & uade in terram uisionis atq; ibi offeres eũ in holocaustum super unum montium quem mõstrauero tibi. Igitur abraham de nocte consurgens strauit asinum suum: ducens secum duos iuuenes: & ysaac filium suum. Cumq; cõcidisset ligna in holocaustum: abiit ad locum quem preceperat ei de⁹. Die autem tertio eleuatis oculis: uidit locum procul. Dixitq; ad pueros suos. Expectate hic cum asino: ego & puer illuc usq; properantes: postq̃ adorauerimus reuertemur ad uos. Tulit quoq; ligna holocausti: & imposuit super ysaac filium suum. Ipse uero portabat ignem & gladium in manibus. Cumq; duo pergerent simul: dixit ysaac patri suo. Pater mi. At ille respondit. Quid uis fili? Ecce inquit ignis & ligna ubi est uictima holocausti? Dixit autem abrahã. Deus ꝓuidebit sibi uictimam holocausti fili mi. Pergebãt ergo pariter: & uenerunt ad locum quem ostẽderat ei deus: in quo edificauit altare: & desup ligna cõposuit. Cũq; alligasset ysaac filium suũ: posuit eũ in altare super struem lignorum. Extẽditq; manum & arripuit gladium: ut immolaret filium suũ. Et ecce angelus dñi clamauit de cęlo dicẽs. Abrahã abraham. Qui respondit. Adsum. Dixit ei. Non extendas manum

i. Mach. ii. f. tuã super puerum: nec facias illi quicq̃. Nũc cognoui q᷑ timeas deũ: & non pepercisti filio tuo unigenito propter me. Leuauit abraham oculos suos: uiditq; post tergum arietem inter uepres herentem cornibus: quẽ assumẽs obtulit holocaustum ꝓ filio. Appellauitq; nomẽ loci illius: dñs uidet. Unde usq; hodie dicitur: in monte dñs uidebit. Vocauit autem angelus dñi abraham secundo de cęlo: dicens. Per

Eccle. xliiii. d. me metipsum iuraui dicit dominus: quia fecisti hãc rẽ: & non pepercisti unigenito filio tuo propter me: benedicã tibi: & multiplicabo

Hiere. xxiii. f.

Hebr. vi. c. semen tuum sicut stellas celi: & uelut arenã que est in littore maris. Possidebit semen tuum portas inimicorum suorũ: & benedicentur in semine tuo oẽs gẽtes terre: quia obedisti uoci mee. Reuersusq; est abraham ad pueros suos: abieruntq; bersabee simul: & habitau. t ibi.

¶ Lectio Deuteronomii. cap. xxxi. f.

Scripsit moyses canticum: & docuit filios israel. Precepitq; dominus iosue filio nun: & ait. Confortare: & esto robustus. Tu enim introduces filios israel in terram quã pollicitus sum eis: & ego

eto tecum. Postq̃ ergo scripsit moyses uerba legis huius in uolumi/
ne atq̃ compleuit: precepit leuitis qui portabant arcam fœderis do/
mini dicens. Tollite librum istum: & ponite illum in latere arche fę
deris domini dei nostri: ut sit ibi cõtra te in testimonium. Ego enim
scio contentionem tuam: & ceruicem tuam durissimam. Adhuc ui/
uente me: & ingrediẽte uobiscũ: semper contentiose egistis contra
dñm: quanto magis cum mortuus fuero? Cõgregate ad me omnes
maiores natu per tribus uestras atq̃ doctores: & loquar audientibus
eis in sermones istos: & inuocabo contra eos cęlum & terram. Noui
enim q̃ post mortem meam inique agetis: & declinabitis cito de uia
quã pręcepi uobis: & occurrent uobis mala in extremo tẽpore: quan
do feceritis malũ in cõspectu dñi: ut irritetis eũ per opera manuũ ue/
strarum. Locutus est ergo moyses audiẽte uniuerso cętu filiorum is/
rael uerba carminis huius: & ad finem usq̃ compleuit.

¶ Lectio Esaye prophete cap.iiii.a.

Apprehendent septem mulieres uirum unum in die illa dicẽtes.
Require supra. Fo.xxx. 25 A

¶ Lectio baruch capitulo.iii.b.

Audi israel mandata uite & auribus percipe ut habeas pruden/
tiam. Quid est israel q̃ in terra inimicorum tuorum es? Inuete
rasti in terra aliena: conquinatus es cum mortuis. Deputatus es cum
his qui sunt apud inferos: quia dereliquisti fontem uite & sapientie.
Si in uia domini ambulasses: inhabitares utiq̃ in eternum. Disce ubi
sit sapiẽtia: & ubi sit fortitudo: & ubi prudentia: ut scias simul ubi sit
longitudo uite & uictus: ubi sit lumen oculorum & pax. Quis in
uenit locum eius? & quis intrauit in thesauros eius? Vbi sunt princi/
pes gentium: & qui dominantur feris. que sunt super terram? Qui
in auibus coeli ludunt: qui argentum thesaurizant & aurum: in quo
confidunt homines: & non est finis acquisitionis eorum? Qui argẽ/
tum fabricant: & solliciti sunt nec est inuentio operum illorum. Ex/
terminati sunt & ad inferos descenderunt: & alii in loco illorum sur
rexerunt. Iuuenes uiderunt lumen: & habitauerunt super terram.
Viam autem discipline nescierunt: neq̃ intellexerunt semitas eius:
neq̃ susceperunt eam filii eorum: a facie ipsorum longe facta est.
Non est audita in terra chanaam: neq̃ uisa est in themam. Filii
quoq̃ agar qui exquisierunt prudentiam: que de terra est: negocia/
tores terre & themam: & fabulatores & exquisitores prudentie &
intelligentie: uiã autem sapiẽtie nescierunt neq̃ inuenerunt semitas
eius. O israel quã magna est domus dei: & ingens locus possessionis
eius. Magnus est & nõ habet cõsumationem: excelsus & immensus

Ibi fuerunt gigantes nominati illi qui ab initio fuerunt statura magna ciētes bellū. Nō hos elegit dñs: neqꝫ uiā discipline inuenerunt: propterea perierunt. Et qm̄ nō habuerūt sapiētiam interierunt propter suam insipientiam. Quis ascendit in cęlū & accepit eam: & eduxit eam de nubibus? Quis trāsfretauit mare & inuenit illā: & attulit eam super aurū electū? Non est qui sciat uiā eius: neqꝫ qui excogitet semitas eius. Sed qui scit uniuersa nouit illam: & adinuenit eam prudentia sua. Qui preparauit terram in eterno tempore: & repleuit eā bipedibus & quadrupedibus. Qui emittit lumē & uadit: & uocauit illud: & obedit illi in tremore. Stelle autem dederunt lumen in custodiis suis: & letate sunt. Vocate sunt: & dixerunt. Adsumus. Et luxerunt ei cum iocunditate: qui fecit illa. Hic est deus noster: & non extimabitur alius aduersus eum. Hic adinuenit oēm uiam discipline: & dedit illam iacob puero suo: & israel dilecto suo. Post hęc sup terram uisus est: & cum hominibus conuersatus est.

¶ Actuum apostolorum cap. xix. a.

IN diebus illis. Factum est cum apollo esset corinthi: & paulus peragratis superioribus partibus ueniret ephesum: & inueniret quosdam discipulos: dixitqꝫ ad eos. Si spiritū sanctum accepistis credentes? At illi dixerunt ad eum. Sed neqꝫ si spiritus sanctus est: audiuimus. Ille uero ait. In quo ergo baptizati estis? Qui dixerunt. In ioannis baptismate. Dixit autem paulus. Ioānes baptizauit baptismo penitentie populum dicens: in eum qui uenturus esset post ipsum ut crederent: hoc est in iesum. His auditis: baptizati sunt in nomine domini iesu. Et cum imposuisset illis manus paulus: uenit spūs sanctus super eos: & loquebantur linguis & prophetabant. Erāt autem omnes uiri: fere duodecim. Ingressus autem sinagogam: cum fiducia loquebatur per tres menses. Disputans & suadens de regno dei.

Actuū .4.a. (margin)

¶ In die sancti spiritus. Lectio actuū apostolorū cap. ii. a.

IN diebus illis. Cum complerentur dies penthecostes erant omnes pariter in eodem loco. Et factus est repente de cęlo sonus: tanq̄ aduenientis spiritus uehementis: & repleuit totam domū: ubi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispertite lingue tanq̄ ignis: seditqꝫ supra singulos eorum. Et repleti sunt omnes spiritu sancto: & ceperunt loqui uariis linguis: prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Erant autem in hierusalē habitantes iudei uiri religiosi ex omni natione que sub cęlo est. Facta aūt hac uoce conuenit multitudo: & mēte cōfusa est: qm̄ audiebat unusquisqꝫ lingua sua illos loquentes. Stupebant aūt oēs: & mirabātur dicētes. Nōne ecce oēs isti q loquūtur galilei sunt: & quomodo nos audiuimus unusquisqꝫ linguā no-

¶ Cū complerentur dies pēthecho. Al. Cōpleretur legendū est. Nā dies numeri est singularis unus enim dies penthecos. i. quinquagesimus nō plures nec a pascha usqꝫ ad quīquaginta dies uocatur penthecoste sed ui- (margin note)

stram in qua nati sumus? Parti: et medii: et elamite: & qui habitant mesopotaniam: iudeam: & capadociam: pontum: & asiam: frigiā & pāphiliam: egyptum: & partes libie: q̄ est circa cirenem & aduene: romani: iudee quoq: & proseliti: cretes: & arabes: audiuimus eos loquētes nostris linguis magnalia dei.

tima dies t q̄nquaginta.

Item tanq̄ ignis. Ignis aūt gr̄s casus est q̄d sic transferret valla ad tollendam ambiguitatem. Et vise sunt dispertite illis lingue tanq̄ ex igne. Itē varijs linguis legendum est alijs linguis nō varijs q̄d conuenit cū illo loco marci linguis loquentes nouis nam noue lingue & alie idem sunt. Item & qui inhabitant mesopota. grece est inhabitantes vel inhabitamus & sic erat transferendū q̄r dixit prius nos audiuim⁹. &c.

¶ Feria secūda. Actuum apostolorum cap. x. f.

IN diebus illis. Aperiens petrus os suum dixit. Viri fratres & patres: nobis precepit dominus p̄dicare populo & testificari: quia ipse est qui constitutus est a deo iudex uiuorum & mortuorum. Huic omnes prophete testimonium perhibēt: remissionē peccatorū accipere per nomē eius: omnes qui credūt in eū. Adhuc loquente petro uerba hęc: cecidit sp̄us sc̄tūs sup oēs qui audiebant uerbū. Et obstupuerunt ex circūcisione fideles qui uenerāt cū petro: quia & in nationes gratia sp̄us sancti effusa est. Audiebāt eni eos loq̄ntes linguis: & magnificantes deū. Tūc respondit petrus. Nūquid aquā qs p̄hibere potest: ut non baptizentur hi qui spiritum sanctū acceperūt: sicut & nos? Et iussit eos baptizari i nomine domini nostri iesu xp̄i.

¶ Feria tertia. Lectio actuū apostolorum cap. viii. c.

IN diebus illis. Cum audissent apostoli qui erant hierosolimis: quia recepit samaria uerbum dei: miserūt ad eos petrū & ioanē. Qui cū uenissent: orauerūt p̄ ipsis: ut acciperēt spiritū sāctū. Nōdū eni in quemq̄ illoꝝ uenerat: sed baptizati tātū erāt in nomine dn̄i iesu. Tunc imponebāt manus sup illos & accipiebāt spiritū sanctū.

Nōdum eñi in quemq̄ illoꝝ venerat. Uulg̃a grę est deciderat non aūt venerat siue & lapsum siue illapsum: q̄r spiritus grę. neutris generis &.

¶ Feria quarta. Lectio sapientie cap. i. a.

IN diebus illis. Dixit salomon filiis israel. Diligite iustitiam qui iudicatis terram. Sentire de domino in bonitate: & in simplicitate cordis querite illum. Quoniā inuenitur ab his qui non tentant illum: apparet autem eis qui fidem habēt in illū. Peruerse enim cogitationes separāt a deo: p̄bata autē uirtus corripit insipiētes. Quoniā in maliuolā aiam nō introibit sapientia: nec habitabit in corpore subdito pctīs. Sp̄us eni sc̄tūs disciplinae effugiet fictū: & auferet se a cogitationibus que sunt sine intellectu: & corripientur a superueniēte iniquitate. Benignus est enim sp̄us sapiētie: & nō liberabit maledictū a labiis suis. Quoniā renū illius testis est deus: & cordis eius scrutator est uerus: & lingue illius auditor. Quoniam sp̄us dn̄i repleuit orbē terrarum: & hoc quod cōtinet omnia scientiā habet uocis.

Diligant iustitiam iudicantes terram. In aiam maliuolam non introibit sapientia.

¶ Actuum apostolorum cap.v.c.

Non est descripta in libro Lectionum.

IN diebus illis. Per manus apostolorum fiebant signa & prodi/gia multa in plebe. Et erãt unanimiter oẽs in porticu salomo/nis. Ceterorũ autẽ nemo audebat se cõiungere illis: sed magnifica/bat eos populus. Magis aũt augebatur credentium in dñõ multitu/do uirorũ ac mulierum: ita ut in plateis eiicerẽt infirmos: & ponerẽt in lectulis & in grabatis: ut ueniente petro: saltem umbra illius obũ/braret quemq̃ illorum: & liberarẽtur oẽs ab oĩbus infirmitatibus su/is: cõcurrebat autem & multitudo uicinarum ciuitatũ in hierusalẽ: afferentes egros & uexatos a spiritibus immundis: qui curabãtur oẽs.

Ita vt in plateis eiicerent infir. Valla. Durum est dicere eiicerent infirmos, cum grece sit efferret infirmos.

¶ Feria quinta. Actuum apostolorum cap.viii.a.

IN diebus illis. Philippus descendens in ciuitatem samarie: pre/dicabat illis xp̃m. Intẽdebãt aũt turbe his q̃ a philippo diceban/tur unanimiter audiẽtes & uidẽtes signa & prodigia q̃ faciebat. Mul/ti enim eorum qui habebant spiritus immundos: clamantes uoce magna exibant. Multi autem paralitici & claudi curati sunt. Factũ est enim gaudium magnum in illa ciuitate.

Multi enim eorum qui habebant spũs immundos. &c. Grece est multorum enim habentiũ spũs immũdi. spũs mã gna exibant nõ homines.

¶ Feria sexta. Actuum apostolorum cap.ii.d.

IN diebus illis. Aperiẽs petrus os suum dixit. Viri israelite: audi/te uerba hec. Iesum nazarenum uirum approbatũ a deo in uo/bis uirtutibus & prodigiis & signis: q̃ fecit per illũ deus in medio ue/stri sicut uos scitis: hũc diffinito consilio & presentia dei: trãditũ per manus iniquorum affligentes: interemistis. Quem deus suscitauit solutis doloribus inferni: iuxta quod impossibile erat teneri illũ ab eo. Dauid enim dicit in eum. Prouidebam dominum corã me sem/per: quoniam a dextris est mihi ne commouear. Propter hoc letatũ est cor meum & exultauit lingua mea isuper: & caro mea requiescet in spe. Quoniam non derelinques animã meam in inferno: nec da/bis sanctum tuum uidere corruptionem. Notas mihi fecisti uias ui/te: replebis me iocunditate cum facie tua.

Psal. xv.

¶ Sabbato in uigilia penthecostes. Ioelis prophete cap.ii.g.

HEc dicit dñs deus. Effundã spiritum meũ super omnẽ carnẽ & prophetabunt filii uestri & filie uestre. Senes uestri somnia som/niabunt: & iuuenes uestri uisiones uidebunt. Sed & sup seruos meos & ancillas meas in diebus illis effundam de spiritu meo & propheta/bunt & dabo prodigia in celo sursum: & signa in terra deorsum: san/guinem & ignem & uaporem fumi. Sol conuertetur in tenebras & luna in sanguinem anteq̃ ueniat dies domini magnus & horribilis. Etenim omnis quicunq̃ inuocauerit nomen domini saluus erit.

Qui inuocauerit nomẽ do mini saluꝰ erit

¶ Leuitici cap.xxiii.b.

IN diebus illis. Locutus est dñs ad moysen dicens. Loquere filiis israel & dices ad eos. Cum ingressi fueritis terram quam ego dabo uobis: & messueritis segetem: feretis manipulos spicarum primitias messis uestre ad sacerdotem: qui eleuabit fasciculũ corã dño ut acceptabilis sit pro uobis altera die sabbati & sanctificabit illum. Numerabitis ergo ab ipso die in quo obtulistis manipulos primitiarum septem hebdomadas plenas usq; ad alteram diem expletionis hebdomade septime & sic offeretis sacrificium nouum domino: ex omnibus habitaculis uestris. Panes primitiarũ duos de duabus decimis simile fermentate: quos eleuabit sacerdos corã dño. Cũq; eleuauerit eos sacerdos cũ panibus primitiarũ coram dño cedẽt in usum eius. Et uocabitis hũc diem celeberrimũ atq; sanctissimum. Omne opus seruile non facietis in eo. Legitimum sempiternũ erit in cũctis habitaculis & generationibus uestris. Dicit dominus omnipotens.

¶ Deuteronomii.cap.xvi.b.

IN diebus illis. Dixit moyses ad filios israel. Septem hebdomadas numerabis tibi ab ea die qua falcem in segetẽ miseris: & celebrabis diem festum hebdomadarum domino deo tuo: oblationẽ spontaneam manus tue: quam offeres iuxta benedictionem dñi dei tui: & epulaberis coram domino deo tuo tu & filius tuus & filia tua & seruus tuus & ancilla tua & leuites qui est intra portas tuas & aduena ac pupillus ac uidua: qui morantur uobiscum in loco: quẽ elegerit dominus deus tuus ut habitet nomẽ eius ibi. Et recordaberis quoniam seruus fueris in egyto: custodiesq; ac facies que tibi precepta sunt. Solẽnitatẽ quoq; tabernaculorum celebrabis per septem dies quãdo collegeris de area & torculari fruges tuas & epulaberis in festiuitate tua tu & filius tuus & filia: & seruus tuus & ancilla tua: leuites quoq; & aduena & pupillus ac uidua & q intra portas tuas sunt: septẽ diebus dño deo tuo festa celebrabis: in loco quẽ elegerit dñs. Benedicetq; dñs deus tuus cũctis frugibus tuis: & in omni opere manuum tuarum: erisq; in letitia. Dicit dominus omnipotens.

Non est hec scripta in Libro Lectionũ.

¶ Lectio leuitici cap.xxvi.a.

IN diebus illis. Dixit dominus ad moysen. Loquere filiis israel. Si in preceptis meis ambulaueritis: & mandata mea custodieritis & feceritis ea: dabo uobis pluuias tẽporibus suis: & terra gignet germen suum: & pomis arbores replebũtur. Apprehẽdet messium tritura uindemiã: & uindemia occupabit sementẽ. Et comedetis panẽ uestrũ in saturitate: & absq; pauore habitabitis in terra uestra. Dabo pacẽ in finibus uestris: dormietis & nõ erit qui exterreat. Auferã malas bestias a uobis: & gladius nõ trãsibit terminos urõs. Persequmini Iob.xi.d.

inimicos uestros & corruent coram uobis. Persequentur quinq3 de
uestris centum alienos:& centum ex uobis decem milia. Cadēt ini/
mici uestri in conspectu uestro gladio. Respiciam uos & crescere fa/
ciam. Multiplicabimini: & firmabo pactum meum uobiscum. Et
comedetis uetustissima ueterum: & uetera nouis superuenientibus
proiicietis. Ponam tabernaculum meum in medio uestri: et nō abii
ciet uos ultra anima mea. Ambulabo inter uos & ero uester de⁹ uos
q3 eritis populus meus. Dixit dominus omnipotēs.

¶ Lectio Danielis prophete cap.iii.c.

IN diebus illis. Angelus domini descendit cum azaria et sociis
eius in fornacem:& excussit flammam ignis de fornace: et fe/
cit medium fornacis quasi uentum roris flantem. Flamma autem
diffusa est super fornacem cubitis quadraginta nouem:& incendit
quos repetiit iuxta fornacem de chaldeis ministros regis qui eā in/
cendebant. Et non tetigit eos omnino ignis: nec cōtristauit: nec qc/
quam molestie intulit. Tunc hi tres quasi ex uno ore laudabant &
glorificabant & benedicebant deum in fornace dicētes. Benedict⁹
es domine deus patrum nostrorum:& laudabilis & gloriosus & sup
exaltatus in secula. Et benedictum nomen glorie tue sanctum: & su
perexaltatum in omnibus seculis. Benedictus es domine in templo
sancto glorie tue:& super laudabilis & supergloriosus in secula. Be
nedictus es in throno regni tui:& superlaudabilis et supexaltatus in
secula. Benedictus es qui intueris abyssos: & sedes sup cherubin: &
laudabilis & supexaltatus in secula. Benedictus es in firmamēto coe
li: & laudabilis & gloriosus in secula. Benedicite omnia opera dñi
dño: benedicite cœli dño. Benedicite angeli dñi dño: hymnum di/
Psal.cxlviii. cite & supexaltate eum in secula. Benedicite aque q̄ super cœlos sūt
dño: benedicite omnes uirtutes domini domino. Benedicite sol &
luna dño hymnū dicite & superexaltate eum in secula. Benedicite
stelle cęli dño: benedicite hymber & ros dño. Benedicite oēs spirit⁹
dei dño: hymnū dicite & supexaltate eum in secula. Bñdicite ignis
& estus dño: benedicite frigus & estas dño. Bñdicite rores & pruina
dño: hymnum dicite & supexaltate eum in secula. Bñdicite glacies
& niues dño: benedicite noctes & dies dño. Bñdicite tenebre & lumē
domino: hymnū dicite & superexaltate eū in secula. Benedicite fri/
gus & cauma domino. Benedicite pruina & niues domino. Benedi/
cite fulgura & nubes dño: hymnū dicite & superexaltate eum in se/
cula. Benedicat terra dominum: benedicite montes & colles domi
no. Benedicite omnia nascētia terre domino: hymnum dicite & su/
perexaltate eum in secula. Benedicite maria & flumina domino: be

nedicite fontes dño. Benedicite cete & omnia que mouētur in aquis domino: hymnū dicite & superexaltate eū i secula. Bñdicite omnes uolucres cęli domino: benedicite bestie & uniuersa pecora domino. Benedicite filii hominū domino: hymnū dicite & superexaltate eū in secula. Benedicite israel domino: benedicite sacerdotes domini domino. Bñdicite serui domini domino: hymnū dicite & superexaltate eum in secula. Benedicite spiritus & anime iustorū domino: benedicite sancti & humiles corde domio: hymnū dicite & superexaltate eum in secula. Benedicite anania azaria misael domino: hymnum dicite & superexaltate eum in secula.

¶ Lectio actuum apostolorum cap. xiii. g.

IN diebus illis. Conuenit uniuersa ciuitas audire uerbum domini. Vidētes aūt turbas iudei repleti sunt zelo & contradicebant his que a paulo dicebantur blassemantes. Tūc constanter paulus & barnabas: dixerūt. Vobis oportebat primum loqui uerbum dei: sed quoniam repellitis illud & indignos uos iudicastis uite eterne: ecce conuertimur ad gentes. Sic enim precepit nobis dominus. Posui te in lucem gentium: ut sis in salutem usq; ad extremum terre. Audientes autem gētes gauisi sunt: & glorificabant uerbum domini: & crediderunt quot quot erant pręordinati ad uitam eternam. Dissemi nabatur autem uerbum domini per uniuersam regionē. Iudei autē concitauerunt religiosas mulieres & honestas: & primos ciuitatis & excitauerunt persecutionem in paulum & barnabā: & eiecerunt eos de finibus suis. At illi excusso puluere pedum in eos: uenerunt yconium. Discipuli autem replebantur gaudio & spiritu sancto.

Indignos vos iudicastis eterne vi. &c. Vall. Nã grece gtis casus est: oblitus est interpres in ablatiuum mutare quem illi non habēt & dignus enī vita non vite dicitur.

¶ Dominica de trinitate. Apocalipsis cap. iiii. a.

IN diebus illis. Vidi ostium apertum in cęlo: & uox prima quam audiui tanq̄ tube loquentes mecum dicens. Ascēde huc & ostēdam tibi que oportet fieri cito. Post hęc statim fui in spiritu: & ecce sedes posita erat in coelo: & supra sedem sedes. Et qui sedebat similis erat aspectui lapidis iaspidis & sardinis. Et iris erat in circuitu sedis: similis uisioni smaragdinis. Et in circuitu sedis sedilia uiginti quattuor: & supra thronos uigintiquattuor seniores sedentes circum amicti uestimētis albis: & in capitibus eorum coronas aureas. Et de throno procedebāt fulgura: & uoces & tonitrua. Et septem lampades ardentes ante thronum que sunt septē spiritus dei. Et in conspectu sedis tanq̄ mare uitreum: simile cristallo. Et in medio sedis & in circuitu sedis: quattuor animalia plena oculis ante & retro. Et aīal primū simile leoni: & secūdum aīal simile uitulo: & tertiū aīal habens faciē quasi hominis: & quartum animal simile aquile uolāti. Et quattuor

animalia & singula eorum habebant alas senas: & in circuitu & intus plena sunt oculis. Et requiem nō habebant die ac nocte dicētia. Sanctus Sanctus Sanctus: dominus deus omnipotēs: qui erat: & qui est: & qui uenturus est. Et cum darent illa animalia gloriam & honorem & benedictionem sedenti super thronum uiuenti in secula seculorum: procidebant uiginti quattuor seniores ante sedem in throno: & adorabant uiuentem in secula seculorum amen.

Esaye.vi.b.

¶ Feria quarta. Actuum apostolorum cap.v.e.

IN diebus illis. Respondens autem petrus & apostoli: dixerunt ad plebem. Obedire oportet deo: magis q̄ hominibus. Deus patrum nostrorum suscitauit iesum: quem uos interemistis: suspendentes in ligno. Hunc principem & saluatorem deus exaltauit dextera sua ad dandam penitentiam israel: & remissionem peccatorum. Et nos sumus testes bonorū uerborū: & spiritus sanctus quē dedit deus omnibus obedientibus sibi. Hęc cum audissent: dissecabātur: & cogitabant interficere illos. Surgens autem quidam in consilio phariseus nomie gamaliel legisdoctor: honorabilis uniuerse plebi: iussit foras ad breue homines fieri. Dixitq̧ ad illos. Viri israelite attendite uobis super omnibus istis quid acturi sitis. Ante hos enim dies extitit theodas: dicens se aliquem esse. Cui consensit numerus uirorum circiter quadringentorum: qui occisus est: & omnes qui credebant ei dissipati sunt & redacti ad nihilum. Post hunc extitit iudas galileus in diebus professionis: & auertit populum post se: & ipse periit: & omnes quot quot consenserunt ei dispersi sunt. Et nūc itaq̧ dico uobis: discedite ab omnibus istis: & finite illos. Quoniā si est ex hominibus consilium hoc aut opus: dissoluetur. Si uero ex deo est: non poteritis dissoluere: ne forte & deo repugnare uideamini. Consenserunt autem illi: & conuocantes apostolos: cesis denunciauerunt ne omnino loquerentur in nomine iesu: & dimiserunt eos. Et illi quidem ibant gaudentes a conspectu consilii: quoniam digni habiti sunt ꝑ nomine iesu contumeliam pati. Omni autem die non cessabant in templo & circa domos docentes & euangelizantes iesum christum.

Deo obedire oportet magis q̄ hominibus.

¶ In festo corporis christi. Ad corinthios.i. cap̄.xi.e.

FRatres. Ego enī accepi a domino: quod & tradidi uobis. Quoniam dominus iesus in qua nocte tradebatur: accepit panē. Require supra in cena domini. Fo.xxviii.

¶ Dominica prima post festum trinitatis. Ioan.i.cap̄.iiii.b.

CHarissimi. Deus charitas est. In hoc apparuit charitas dei in nobis: q̄m filium suum unigenitū misit deus in mundum: ut uiuamus per eum. In hoc est charitas non quasi nos dilexerimus deum

sed quoniam ipse prior dilexit nos & misit filium suum propitiatio-
nem pro peccatis nostris. Charissimi: si dilexit nos deus: & nos debe- Joan. j. b.
mus alterutrū diligere. Deum nemo uidit unq̄. Si diligamus inuicē j. Timo. vj. a.
deus in nobis manet: charitas ei⁹ in nobis perfecta est. In hoc cog-
noscimus quoniam in eo manemus: & ipse in nobis: quoniā de spiri-
tu sancto suo dedit nobis. Et nos uidimus & testificamur: quoniam
pater misit filium suum saluatorem mūdi. Quisquis confessus fue-
rit quoniam iesus est filius dei: deus in eo manet & ipse in deo. Et nos
cognouimus & credimus charitati: quā habet deus in nobis. Deus
charitas est: & qui manet in charitate in deo manet: & deus in eo.
In hoc enim perfecta est charitas dei nobiscū: ut fiduciam habeam⁹ Charitas per
in die iudicii: quia sicut ille est: & nos sumus in hoc mundo. Timor fecta foras mit
non est in charitate sed perfecta charitas foras mittit timorē. Quo tit timorem.
niam timor penam habet. Qui autē timet: non est perfectus in cha-
ritate. Nos ergo diligamus deum: quoniam ipse prior dilexit nos.
Si quis dixerit quoniam diligo deum et fratrem suum oderit: men- Joan. xiij. d.
dax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem uidet: deum quē Qui enim nō
non uidet quomodo potest diligere? Et hoc mandatum habemus a diligit fratrē
deo: ut qui diligit deum: diligat & fratrem suum. suū quē videt
&c. Valla. In
¶ Feria. iiii. Beati pauli apostoli. Ad romanos. cap. vi. b. vtroq; legen-
dum est vidit
FRatres. Non regnet peccatū in uestro mortali corpore: ut obe- de preterito.
diatis cōcupiscentiis eius. Sed nec exibeatis membra uestra ar-
ma iniquitatis peccato sed exhibete uos deo tanq̄ ex mortuis uiuen-
tes & membra uestra arma iustitie deo. Peccatum enim uobis non
dominabitur. Non enim sub lege estis sed sub gratia. Quid ergo?
Peccabimus quoniā nō sumus sub lege sed sub gratia. Absit. An ne
scitis quoniā cui exhibuistis uos seruos ad obediendum: serui estis ei⁹
cui obedistis siue peccati ad mortem: siue obeditionis ad iustitiam?
Gratias autem deo q̄ fuistis serui peccati: obedistis autē ex corde in
eam formam doctrine in quam traditi estis. Liberati autē a peccato
serui autem facti estis iustitie. Per iesum christum dominū nostrum.

¶ Feria sexta. Pauli ad epheseos. cap. i. c.

FRatres. Non cesso gratias agens pro uobis memoriam uestri
faciens in orationibus meis: ut deus pater domini nostri iesu
christi pater glorie det uobis spiritum sapientie & reuelationis in ag-
nitionem eius: illuminatos habere oculos cordis uestri: ut sciatis q̄
sit spes uocationis eius: que diuitie glorie hereditatis eius in sanctis:
& q̄ sit supereminēs magnitudo uirtutis eius in nos q credidimus se-
cūdum operationem potentie uirtutis eius quā operatus est in chri-
sto suscitās illū a mortuis: & constituens eum ad dexteram suam in

celestibus supra oēm principatū & potestatē: & uirtutem & dñatio
nē: & oē nomē quod nominat: nō solū in hoc sclo: sed etiā i futuro.

℄ Dominica secunda. Ioannis apostoli. i. cap. iii. c.

CHarissimi. Nolite mirari si odit uos mundus. Nos scimus quo
niam trāslati sumus de morte ad uitam: quoniā diligim⁹ fra-
tres. Qui non diligit: manet in morte. Omnis qui odit fratrem suū
homicida est. Et scitis quoniam omnis homicida: non habet uitam
eternam in se manentem. In hoc cognouimus charitatem dei: quo
niam ille pro nobis animam suam posuit: & nos debemus pro fratri
bus animas ponere. Qui habuerit substantiam huius mundi: & ui-
derit fratrem suum necessitatem habere: & clauserit uiscera sua ab
eo: quomodo charitas dei manet in eo? Filioli mei: non diligamus
uerbo tantum nec lingua: sed opere & ueritate.

Leui. xix. d. Qui odit fratrem suum homicida est. Ioan. xv. b.

℄ Feria quarta. Pauli ad colossenses cap. iii. a.

FRātres. Mortificate mēbra uestra que sunt super terram forni-
cationē: immūdiciā: libidinē: cōcupiscentiam malam & aua-
riciā: que est simulachrorū seruitus. Propter que uenit ira dei sup fi-
lios incredulitatis: in quibus & uos ambulastis aliquando cū uiuere
tis in illis. Nunc autē deponite & uos oīa: iram: indignationē: mali-
ciā: blasphemiā: turpē sermonē de ore uestro. Nolite mentiri inuicē
spoliantes uos ueterē hoiem cū actibus suis: & induētes nouū: eū q
renouatur in agnitionē dei secundū imaginem eius qui creauit eum
ubi nō est masculus & femina: gentilis & iudeus circūcisio & prepu-
tiū: barbarus & scyta seruus & liber. Sed oīa & in oībus christus.

Auaricia est seruitus simulachrorum.

Spoliantes vos veterem. Valla. Grece est exuentes. Item induētes nouū eum qui &c. Valla non addidisset eū sed sic induentes nouū quirenō. &c.

℄ Feria sexta. Ioannis apostoli. i. cap. i. a.

CHarissimi. Hec est annūtiatio quā audiuimus ab eo: & ānūcia
mus uobis: quoniā deus lux est et tenebre in eo nō sunt ulle. Si
dixerimus: quoniā societatē habemus cum eo et in tenebris ambula
mus: mētimur & nō facimus ueritatem. Si autē in luce ambulam⁹ si-
cut & ipse est in luce: societatem habemus ad inuicem: & sanguis ie
su filii eius emūdat nos ab oī peccato. Si dixerimus qm̄ peccatū non
habemus: ipsi nos seducimus: & ueritas in nobis non est. Si confitea
mur peccata nostra: fidelis est et iustus ut remittat nobis peccata nr̄a
& emūdet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus qm̄ nō peccauimus:
mendacem facimus eum: & uerbum eius in nobis non est.

℄ Dominica tertia. Petri apostoli. i. cap. v. b.

CHarissimi. Humiliamini sub potenti manu dei ut uos exaltet
in tempore uisitationis. Omnem sollicitudinē uestrā proiicien
tes in eum: quoniam ipsi cura est de uobis. Sobrii estote: & uigilate:
quia aduersarius uester diabolus tanq̄ leo rugiēs: circuit querēs quē

Ut nos exaltet in tempore visitationis in quibusdā codicibus est tribulationis grece. Vo neutrum ē.

deuoret: cui resistite fortes in fide: scientes eandem passione m ei qui in mundo est uestre fraternitatis fieri. Deus autem omnis gratie qui uocauit nos in eternā suam gloriam in christo iesu modicum passos: ipse perficiet: confirmabit solidabitq;. Ipsi gloria & imperium in secula seculorum.

Circuit querēs quē deuoret. &c. Grece est circuit querēs aliquem deuorare. non enim querit diabolus quem e multis deuoret. q: oēs querit deuorare sed cum oēs deuorare non possit: querit aliquē ad deuorandum. Itē scientes eādem passionē. Grece est easdem passiones siue idem passionum.

¶ Feria quarta. Pauli ad colossenses cap. iii. c.

FRatres. Omne quodcūq; facitis in uerbo aut in opere: omnia in nomine domini iesu xpi facite: gratias agentes deo & patri per ipsum. Mulieres subdite estote uiris: sicut oportet in domino. Viri diligite uxores uestras: & nolite amari esse ad illis. Filii obedite parentibus per omnia: hoc enim placitum est in domino. Patres nolite ad indignationem prouocare filios uestros: ut non pusillo animo fiant. Serui obedite per omnia dominis carnalibus: non ad oculum seruientes quasi hominibus placētes: sed in simplicitate cordis timētes dominum. Quodcūq; facitis ex animo operamini sicut domino: & non hominibus. Scientes q a domino accipietis retributionē hereditatis. Per iesum christum dominum nostrum.

Mulie. subdite estote. &c. Val. Cur non potius vxores subdite estote viris.

¶ Feria sexta. Petri apostoli. i. cap. i. b.

CHarissimi. Reportantes finem fidei uestre salutem animarū. De qua salute exquisierunt atq; scrutati sunt prophete: qui de futura in uobis gratia prophetauerunt scrutantes quod uel quale tēpus significaret in eis spiritus christi prenuncians eas que in christo sunt passiones & posteriores glorias. Quibus reuelatum est: quoniā non sibi metipsis: nobis autem ministrabant ea que nunc nunciata sunt uobis per eos: qui euangelizauerunt uobis spiritu sancto misso de coelo: in quem desiderant angeli pspicere. Propter quod succincti lumbos mentis uestre sobrii: perfecti: separate in eam que offertur uobis gratiam: in reuelationem iesu christi. Quasi filii obedientie non configurati prioribus ignorantie uestre desideriis: sed secundum eum qui uocabit uos sanctum: ut ipsi sancti in omni conuersatione sitis. Quoniam scriptum est. Sancti eritis quoniam ego sanctus sum. Et patrem inuocatis eum qui sine acceptione personarum iudicat secundum uniuscuiusq; opus in timore incolatus uestri tempore quo conuersamini.

Quibus reuelatū ē q̄m non sibiipsis nobis aūt &c. Valla. Ego dixissem quibus reuelatū est q nō sibi ipsis s; nobis. Itē spū sctō misso de celo in quē dicendū erat in spū scō misso de celo in quem. Leuiti. xvi. b

Item sobrii perfecti dicēdū est sobrii perfecte sperate. Itē quasi filii obe. tanq̄ fuit transferendum. Itē sancti eritis q̄m ego sanctus. legēdū est sctī efficiamini siue natis

¶ Dominica quarta. Pauli ad romanos cap. viii. d.

Vanitati ois creatura subiecta est.

FRatres. Existimo enim q non sint condigne passionis huius temporis ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis. Nam expectatio creature reuelationem filiorum dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est non uolens sed propter eum qui subiecit eam in spe. Quia & ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptiōis in libertate glorie filiorum dei. Scimus enim q omnis creatura ingemiscit & parturit usq adhuc. Non solum autē illa sed & nos ipsi primitias spiritus habentes intra nos gemimus adoptionem filiorum dei: expectātes redemptionem corporis nr̄i. In xp̄o iesu dn̄o nostro.

℄ Feria quarta. Pauli ad romanos cap̄. v. d.

FRatres. Sicut per unius delictum omnes homines in cōdennationem. Require supra. Fo. xi.

℄ Feria sexta. Iacobi apostoli cap̄. v. b.

Donec accipiat temporaneum & serotinum. Val. grece. ē donec accipiat pluuiā matutinā & vespertinam. Item ecce beatificabimus .g. est beatū dicamus seu beatum facimus.

CHarissimi. Patientes estote usq ad aduentū dn̄i. Ecce agricola expectat preciosum fructum terre: patienter ferēs donec accipiat temporaneū & serotinum. Patiētes igitur estote & uos confirmate corda uestra: quia aduentus domini appropinquabit. Nolite ingemiscere fratres in alterutrum ut nō iudicemini. Ecce iudex ante ianuā assistit. Exemplū accipite fratres exitus mali & lōganimitatis & laboris et patientie prophetas qui locuti sunt in nomine domini. Ecce beatificamus eos qui substinuerūt. Sufferentiam iob audistis & finem domini uidistis. Quoniam misericors est deus & miserator.

℄ Dominica quinta Petri apostoli. i. cap̄. iii. b.

Quoniam misericors est dn̄s &c. Grece ē qm̄ valde misericors est. Coerceat linguā suā a ma. & labia eius. dicendum est labia sua vt ait Valla.

CHarissimi. Omnes unanimites in oratione estote compatiētes confraternitatis amatores: misericordes modesti humiles. Nō redentes malum pro malo nec maledictum pro maledicto: sed ecōtrario benedicentes. Quia in hoc uocati estis ut benedictionem hereditate possideatis. Qui enim uult uitam diligere & uidere dies bonos: coerceat linguam suam a malo & labia eius ne loquantur dolum. Declinet autem a malo & faciat bonum: inquirat pacem & sequatur eā. Quia oculi domini super iustos: & aures eius in preces eorum. Vultus autem domini super facientes mala. Et quis est qui uobis noceat si boni emulatores fueritis? Sed & si quid patimini ꝓpter iustitiam: beati. Timorem autem eorū ne timueritis: ut nō cōturbemini. Dominum autem christum sanctificate in cordibus uestris.

℄ Feria quarta. Pauli ad romanos cap̄. iii. d. & iiii. a.

Unus deus q iustificat .grece est iustifica bit.

FRatres. Arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis. An iudeorum deus tantum. Nōne & gentium? Immo & gentium. Quoniam quidem unus deus qui iustificat circūcisionem ex fide: & prepuiium per fidem. Legem ergo destruim⁹

per fidem. Absit. Sed legem statuimus. Quid ergo dicimus inuenis-
se abraham patrem nostrum secundum carnem? Si enim abraham
ex operibus legis iustificatus est: habet gloriam sed nō apud deum.
Quid enim scriptura dicit? Credidit abraham deo & reputatum est
illi ad iustitiā. Ei autem qui operatur merces non imputatur secūdū
gratiam: sed secundum debitum. Ei uero qui non operatur creden-
ti autem in eum qui iustificat impium reputat fides eius ad iustitiam.

Gene.xv.b. Gala.iij.a.

¶ Feria sexta. Lectio malachie prophete cap.iii.b.

Hec dicit dominus deus. Accedam ad uos in iudicio & ero testis
uelox maleficis & adulteris & periuris & qui calūniantur mer-
cedem mercenarii: & humiliant uiduas & pupillos: & colaphizant
capita populorum: & opprimunt peregrinos: nec timuerunt me di-
cit dominus exercituum. Ecce ego mittam uobis helyam prophe-
tam anteq̄ ueniat dies domini magnus & horribilis. Et conuertet
corda patrum ad filios: & cor filiorum ad patres eorum. Dicit do-
minus.

Mala.iiij.b.

¶ Dominica sexta. Pauli ad romanos cap.vi.a.

Fratres. Quicunq̄ baptizati sumus in christo iesu: in morte ip-
sius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cū illo per baptis-
mum in mortem: ut quomodo christus resurrexit a mortuis per glo
riam patris: ita & nos in nouitate uite ambulemus. Si enim cōplan
tati facti sumus similitudini mortis eius simul & resurrectiōis erim⁹.
Hoc scientes quia uetus homo noster simul crucifixus est ut destrua-
tur corpus peccati: ut ultra non seruiamus peccato. Qui enim mor-
tuus est: iustificatus est a peccato. Si autem mortui sumus cum chri-
sto: credimus quia etiam simul uiuemus cum christo. Sciētes q̄ chri-
stus resurgens ex mortuis: iam non moritur mors illi ultra non do-
minabitur. Quod enim mortuus est peccato: mortuus est semel.
Quod autem uiuit: uiuit deo. Ita & uos estimate uos mortuos qui-
dem esse peccato: uiuētes autem deo. In christo iesu dn̄o nostro.

Qđ enim mortuus est: pecca to mortu⁹ est. &c. In neutro genere legēdū est mortuū nō in masculino mortu⁹. est enī utrūq̄ qđ rela tiuum non cō iunctio.

¶ Feria quarta. Pauli ad hebreos cap.xii.g.&.xiii.a.

Fratres. Habemus gratiam per quā seruiamus placentes deo:
cum metu & reuerentia. Etenim deus noster ignis consumens
est. Charitas fraternitatis maneat in uobis & hospitalitatem nolite
obliuisci. Per hāc enim placuerunt quidā angelis hospicio receptis.
Mementote uinctorum tanq̄ simul uincti: & laborātiū tāq̄ & ipsi in
corpore morantes. Honorabile connubiū oibus & thorus immacu
latus. Fornicatores eīn & adulteros iudicabit deus. Sint mores sine
auaricia: cōtenti presentibus. Ipse eīn dixit non te deseram nec dere
linquā: ita ut confidēter dicamus. Dn̄s mihi adiutor est: nō timebo

Roma.xij.c. Gene.xix.a.

Josue.j.a. Psal.cxvij.

quid faciat mihi homo. Mementote prepositorum uestrorũ qui uobis locuti sunt uerbum dei. Quorum intuentes exitum conuersationis imitamini fidem. Iesus christus heri & hodie ipse & in secula seculorum amen.

Per hanc enim placuerunt. Vall. latuerunt legendum est per hanc latuit quosdam ꝙ angelos in hospicium accepissent.

¶ Feria sexta. Ioannis apostoli cap. ii. a.

CHarissimi. Hec scribo uobis: ut non peccetis. Sed si quis peccauerit: aduocatum habemus apud patrem iesum christum iustum: & ipse est propiciatio pro peccatis nostris. Non pro nostris autem tantum: sed etiam pro totius mundi. Et in hoc scimus quoniã cognouimus eum si mandata eius obseruamus. Qui dicit se nosse eum & mandata eius non custodit: mẽdax est & in eo ueritas nõ est. Qui autem seruat uerbum eius uere in hoc charitas dei perfecta est. In hoc scimus quoniam in ipso sumus. Qui dicit se in christo manere: debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare. Charissimi non mandatum nouum scribo uobis: sed mãdatum uetus quod habuistis ab initio: mandatum uetus est uerbum quod audistis. Iterum mandatum nouum scribo uobis quod est uerum & in ipso & in uobis. Quoniam tenebre transierunt & lumen uerum iam lucet.

Qui dicit se nosse eum. Vall. Grece ẽ. Qui dicit noui eum.

¶ Dominica septima. Pauli ad romanos cap. vi. d.

FRatres. Humanum dico propter infirmitatem carnis uestre: sicut enim exhibuistis membra uestra seruire immundicie & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibere membra uestra seruire iustitie in sanctificationem. Cum enim serui essetis peccati: liberi fuistis iustitie. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis in quibus nũc erubescitis? Nam finis illorum mors est. Nunc uero liberati a peccato: serui autem facti deo: habetis fructum uestrum in sanctificationem: finem uero uitam eternam. Stipendia enim peccati mors. Gratia autem dei uita eterna. In christo iesu domino nostro.

Cum enim serui essetis peccati. vall. Eratis legendum est.

¶ Feria quarta. Pauli ad romanos cap. viii. a.

FRatres. Nihil nũc dãnationis est his qui sunt in xp̃o iesu: q non secũdum carnẽ ambulãt. Lex enim spũs uite in xp̃o iesu liberauit me a lege peccati & mortis. Nã quod impossibile erat legi in quo infirmabatur per carnẽ: deus filiũ suũ mittens in similitudinem carnis peccati: & de peccato dãnauit peccatũ in carne: ut iustificatio legis impleretur in nobis: qui nõ secundũ carnem ambulamus sed secundũ spiritum. Qui enim secũdũ carnẽ sunt: q̃ carnis sunt sapiunt. Qui uero secũdũ spiritũ q̃ sunt spũs sentiunt. Nam prudẽtia carnis mors est. Prudentia autẽ spiritus uita & pax. In xp̃o iesu dño nostro.

Qui enim secundũ ꝛc. Sic legitur grece. qui enim scdm carnem sunt: ea que sũt carnis sentiunt. Qui uero secũdum spm: ea que sunt spũs.

℄ Feria sexta. Pauli ad romanos cap. viii.b.

FRatres. Sapientia carnis inimica est deo. Legi enim dei non subiicitur nec potest. Qui autem in carne sunt: deo placere non possunt. Vos autem in carne non estis sed in spiritu: si tamen spiritus dei habitat in uobis. Si quis autem spiritum christi nō habet: hic non est eius. Si autem christus in uobis est: corpus quidē mortuū est propter peccatum: spiritus uero uiuit propter iustificationē. Quod si spiritus eius qui suscitauit iesum a mortuis habitat in uobis q suscitauit iesum christum a mortuis uiuificabit & mortalia corpora uestra propter inhabitantem spiritum eius in uobis.

Sapientia carnis inimica est deo. Val. grece non legitur sapientia sed prudētia.
Sp̄s vero viuit ꝓpter iustificationē grece non legitur viuit sed vita vt repetatur superius verbū est.

℄ Dominica octaua. Pauli ad romanos cap. viii.c.

FRatres. Debitores sumus non carni: ut secundum carnem uiuamus. Si enim secundum carnem uixeritis moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis uiuetis. Quicūq̧ enim spiritu dei aguntur: hi filii sunt dei. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum: in quo clamamus abba pater. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro quod sumus filii dei. Si autem filii: & heredes. Heredes quidem dei: coheredes autem christi.

In quo clamamus abba pater. Val. Vox greca ꝓbat nō esse pater vocatiui cas⁹ sed nominatiui.

℄ Feria quarta. Pauli ad corinthios. i. cap. i.c.

FRatres. Non enim misit me christus baptizare: sed euangelizare. Non in sapientia uerbi: ut non euacuetur crux christi. Verbum enim crucis pereuntibus quidem stultitia est his autem qui salui fiunt. i. nobis uirtus dei est. Scriptum est enim. Perdam sapientiā sapientium & prudentiam prudentium reprobabo. Vbi sapiēs: ubi scriba: ubi inquisitor huius seculi? Nonne stultam fecit deus sapientiam huius mundi? Nam quia in dei sapientia non cognouit mūdus per sapientiam deum: placuit deo per stultitiā predicationis saluos facere credentes. Quoniam & iudei signa petunt: & greci sapientia querunt. Nos autem predicamus christum crucifixum: iudeis quidē scandalum: gentibus autem stultitiam. Ipsis autē uocatis iudeis atq̧ grecis: xp̄m dei uirtutem & dei sapiētiam. Quia quod stultū est dei: sapientius est hominibus. Et quod infirmū est dei: fortius est oib⁹.

Esaie. xxix. c.
Abdie. i. c.
Et prudentiā prudentiū reprobā. Valla grece est intelligētiam intelligentiū. Vbi īquisitor hui⁹ sec. Val. Cur nō potius disputator huius seculi.

℄ Feria sexta Pauli ad corinthios. i. cap. i.d.

FRatres. Videte uocationem uestram: quia nō multi sapientes secūdū carnē: nō multi potētes: non multi nobiles. Sed q̄ stulta sunt mūdi elegit deus ut cōfundat sapientes. Et infirma mūdi elegit deus ut cōfundat fortia. Et ignobilia mūdi & cōtēptibilia elegit deus: & ea q̄ nō sunt: ut ea q̄ sunt. destrueret: ut nō glorietur oīs caro in cōspectu eius. Ex ipso aūt uos estis in xp̄o iesu uocati: q factus est sa

Videte vocationē vestrā. Val. Potius dicendum erat videtis q̄ sequitur cōiunctio causalis. s. q̄.

ij.Corin.r.d. pientia nobis a deo: & iustitia & sanctificatio: & redemptio: ut queadmodum scriptum est. Qui gloriatur in domino glorietur.

¶ Dominica nona. Beati pauli ad corinthios.i.cap.x.b.

Exo.xxxij.b. FRatres. Nō simus cōcupiscentes malorum: sicut & illi cōcupierunt. Nec idolatre efficiamini sicut quidam ex ipsis queadmodum scriptum est. Sedit populus manducare & bibere: & surrexerunt ludere. Nec fornicemur sicut quidam ex ipsis fornicati sunt: & ceciderūt una de uigiti tria milia. Nec tētemus xp̄m: sicut quidā eorū tētauerunt: & a serpentibus perierunt. Nec murmurauerītis: sicut quidā eorū murmurauerūt & perierunt ab exterminatore. Hec aūt omnia in figura contingebāt illis. Scripta sūt aūt ad correptionem nostrā in quos fines seculorū deuenerūt. Itaq; qui se existimat stare uideat ne cadat. Tentatio uos nō apprehēdat nisi humana. Fidelis autem deus est: qui non patietur uos tētari super id quod potestis. Sed faciet cum tentatione etiam prouentum ut possitis sustinere.

Nume.xxv.b. Judi.viij.c.

Tentatio vos non apprehendat nisi hum. Valla. Apprehendit legēdū est tpis preteriti nō apprehendat.

¶ Feria quarta. Pauli ad corinthios.i.cap.xv.f.

FRatres. Non omnis caro eadem caro: sed alia hominum: alia peccorum: alia uolucrū: alia piscium: & corpora celestia & corpora terrestria. Sed alia quidem celestium gloria: alia auté terrestrium: alia claritas solis: alia claritas lune: & alia claritas stellarū. Stella enim a stella differt in claritate. Sic et resurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione: surget in incorruptiōe. Seminatur in ignobilitate: surget in gloria. Seminatur in infirmitate surget in uirtute. Seminatur corpus animale: surget spirituale. Si est corpus animale: est & spirituale: sicut scriptum est. Factus est primus homo adam. in animam uiuentem: nouissimus adam in spiritum uiuificantem. Sed nō prius quod spirituale est sed quod animale: deinde quod spirituale. In christo iesu domino nostro.

Alia claritas solis.&c. Gre. vrobiq; ē gloria & nusq; claritas.

Gene.ij.b.

¶ Feria sexta. Pauli ad corinthios.i.cap.xv.c.

FRatres. Sicut in adam omnes moriuntur: ita et in christo oēs uiuificabuntur. Vnusquisq; autem in suo ordine primitie christus. Deinde hi qui sunt christi: qui in aduentum ei⁹ crediderūt. Deinde finis cum tradiderit regnum deo et patri: cum euacuauerit omnem principatum & potestatem et dominationem & uirtuté. Oportet autem illum regnare donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. Cum autem dicat omnia subiecta sunt ei: sine dubio preter eū qui subiecit ei omnia. Oīa enim subiecit sub pedibus ei⁹. Nouissime autem inimica destruetur mors. Cum auté subiecta illi fuerint oia: tunc et ipse filius subiectus erit illi qui subiecit sibi omnia: ut sit dominus omnia in omnibus. In christo iesu domino nostro.

Deinde hi qui sunt xp̄i.&c. Grec: non est his qui necrediderunt: sz sic deinde hi qui sunt xp̄i in aduētu ei⁹ deinde finis. Psal.cix. Hebre.ij.c.

Nouissime autem inimica destructur mors. Maluisset valla dicere. Nouissimus autem inimicus: q2 solutior et consuctior sermo est inimicus q inimica aut sic elegantius profligabitur nouissimus hostis.mors namq3 non potest dici inimicus sed hostis nõ enim potest mors habere amorem aut odium: sed oppugnare quod est hostium.

¶ Dominica.x.Pauli ad corinthios.i.cap.xii.a.

FRatres. Scitis quoniam cum gentes essetis ad simulachra muta prout ducebamini euntes. Ideo notum uobis facio q nemo in spiritu dei loquens dicit anathema iesu. Et nemo potest dicere dominus iesus nisi in spiritu sancto. Diuisiones uero gratiarum sunt: idem autem spiritus. Et diuisiones ministrationum sunt: idem autẽ dominus. Et diuisiones operationũ sunt: idem uero deus: qui operatur omnia in omnibus. Vnicuiq3 autem datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Alii quidem per spiritum datur sermo sapientie. Alii autem sermo scientie secundum eũdem spiritum. Alteri fides in eodem spiritu. Alii gratia sanitatum in uno spiritu. Alii operatio uirtutum. Alii prophetia. Alii discreptio spirituum. Alii genera linguarum. Alii interpretatio sermonum. Hec autẽ omnia operatur unus atq3 idem spiritus. Diuidens singulis prout uult.

Dicit anathema iesu: et nemo potest dicere dñs iesus nisi in spũ sancto Valla. Græce et pro iesu et p domini iesus vtrobiq3 est casus actũs et sic debet eẽ hic. Alii genera linguarũ. alii interpretatio sermo. Græ. vtrobiq3 legitur linguarũ nõ sermonũ

¶ Feria quarta. Pauli ad corinthios.ii.cap.v.a.

FRatres. Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur: q edificationem ex deo habemus domum non manufactam: sed eternam in cœlis. Nam & in hoc ingemiscimus habitationem nostram que de cœlo est superindui cupientes: si tamen uestiti & non nudi inueniamur. Nam & qui sumus in hoc tabernaculo ingemiscimus grauati: eo q nolumus spoliari: sed superuestiri ut absorbeatur quod mortale est a uita. Qui autẽ efficit nos in hoc ipsum deus: qui dedit nobis pignus spiritus. Audentes igitur semper & scientes: quoniam dum sumus in hoc corpore peregrinamur a domino. Per fidem enim ambulamus & non per speciem. Audemus autem & bonam uoluntatem habemus: magis peregrinari a corpore & presentes esse ad dñm. Et ideo cõtendimus siue absentes siue presentes placere illi. Oẽs enim nos manifestari oportet ante tribunal christi ut referat unusquisq3 propria corporis prout gessit siue bonum siue malum. Scientes ergo timorem dñi: hominibus suademus: deo autem manifesti sumus. Spero autem & in conscientiis uestris manifestos nos esse. Per iesum christum dominum nostrum.

Audemus aũt etc. Totã istaz clausulam sic transfert Val. Et illam ideo contendimus. Confidim⁹ autem et præoptamus peregrinari a corpore et non peregrinari a dño sine foris esse a corpore et domi esse apud deum. Ideoq3 studemus siue nõ peregrinantes siue peregrinantes illi placere. Deo aũt manifesti sum⁹ Græce est manifestati præteriti temporis.

¶ Feria sexta. Beati pauli ad romanos cap.viii.e.

FRatres. Spe enim salui facti sumus. Spes autẽ que uidetur nõ est spes. Nam quod uidet quis: quid sperat? Si autem quod non uidemus speramus per patientiam expectamus. Similiter autẽ & spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Nam quid oremus sicut opor-

Spes que videtur non est spes.

Scit quid desi deret spiritus. Grece est. Nouit quid sensit spus siue quid sentiat spus.

tet nescimus. Sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda: scit quid desideret spūs: quia secundum deum postulat pro sanctis.

¶ Dominica. xi. Beati pauli ad Corinthios. i. ca. xv. a.

FRattres. Notum uobis facio euangelium: quod predicaui uobis: quod & accepistis in quo & statis: per quod & saluamini. Qua ratione predicaueri uobis si tenetis: nisi frustra credidistis. Tradidi enim uobis in primis quod & accepi: quoniā christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas. Et quia sepultus est: & quia resurrexit tertia die secundum scripturas. Et quia uisus est cephe: & post hęc undecim. Deinde uisus est plusq̃ quingentis fratribus simul ex quibus multi manent usq̧ adhuc: quidam autem dormierunt. Deinde uisus est iacobo. Deinde apostolis omnibus. Nouissime autem omnium tanq̃ abortiuo uisus est mihi. Ego eṁ sum minimus apostolorum: qui non sum dignus uocari apostolus: quoniam persecutus sum ecclesiam dei. Gratia autem dei sum id quod sum. Et gratia eius in me uacua non fuit.

Et gratia eius in me uacua nō fuit. Grę. est et gratia eius q̄ in me est inanis non fuit.

¶ Feria quarta. Beati pauli ad corinthios. i. cap. vi. d.

FRattres. Nescitis q̃m corpora uestra mēbra christi sunt? Tollēs ergo membra christi: faciam membra meretricis? Absit. An nescitis quoniam qui adheret meretrici: unū corpus efficitur? Erunt inquit duo in carne una. Qui autem adheret dño: unus spiritus est. Fugite fornicationē. Omne enim peccatū quodcūq̧ fecerit homo: extra corpus est. Qui autem fornicatur in corpus suum peccat. An nescitis quoniam membra uestra templum est spiritus sancti qui in uobis est: quem habetis a deo: & non estis uestri? Empti enim estis p̄cio magno: glorificate & portate deum in corpore uestro.

Gene. ii. d. Mat. xix. a.

i. Corint. vi. a.

¶ Feria sexta. Pauli ad corinthios. i. cap. v. c. & a.

FRattres. Scripsi uobis in epistola ne cōmisceamini fornicariis. Nō utiq̧ fornicariis huius mundi: aut auaris: aut rapacib⁹: aut idolis seruientibus. Alioquin debuetatis de hoc mundo exisse. Nūc autem scripsi uobis non commisceri. Si is qui frater inter uos nominatur est fornicator: auatus: aut idolis seruiens: aut maledicus: aut ebriosus: aut rapax: cum huiusmodi nec cibum sumere. Quid enim mihi de his qui foris sunt iudicare? Nonne de his que intus sunt uos iudicatis? Nam eos qui foris sunt: deus iudicabit. Aufette malum ex uobis ipsis. Audet aliquis uestrum habens negocium aduersus alterum: iudicare apud iniquos & nō apud sanctos. An nescitis quoniā sancti de hoc mundo iudicabunt? Et si in uobis iudicabitur mūdus: indigni estis qui de minimis iudicetis? Nescitis quoniam angelos iu

dicabimus: quãto magis secularia? Secularia igitur iudicia si habue ritis cõtẽptibiles qui sunt in ecclesia: illos constituite ad iudicandũ. Ad uerecũdiã uestrã dico. Sic nõ est iter uos sapiens quisq̃ qui possit iudicare inter fratrem suum: nec frater cũ fratre iudicio cõtẽdit: & hoc apud ĩfideles. Iã quidẽ oĩno delictũ est in uobis ꝙ iudicia habetis inter uos. Quare non magis iniuriam accipitis? Quare non magis fraudẽ patimini? Sed uos iniuriã facitis & fraudatis: & hoc fratribus.

℃ Dominica.xii. Pauli ad corinthios.ii.cap.iii.b.

FRatres. Fiduciam talem habemus per xp̃m ad deũ nõ ꝙ suffi cientes simus aliquid cogitare a nobis quasi ex nobis: sed suffi cientia nostra ex deo est. Qui & idoneos nos fecit ministros noui te stamenti: non littera sed spũ. Littera enim occidit: spiritus aũt uiuifi cat. Quod si ministratio mortis litteris deformata in lapidibus fuit in gloria: ita ut non possent intẽdere filii israel in faciẽ moysi: ꝓpter gloriam uultus eius que euacuatur: quomodo non magis ministra tio spiritus erit in gloria. Nam ministratio damnationis est in gloria multo magis abundat ministerium iustitie in gloria.

Quasi ex no bis. Val. Tan ꝙ ex nobis le gẽdũ erat pro prius.

Qui ⁊ idoneos nos fc.mini.no.testa.nõ litte.sed spiritu. Valla Dicendũ est qui fecit nos ministros nõ littere qd est uetus testamentũ.sed spũs quod est nouũ testamẽtũ: q: lra ueteris testamenti occidebat: spũ eiusdẽ qd est nouũ testamentum uiuificat Itẽ litteris deformata de p̃positio hic nõ auget s; pro simplici valet: sc; formata. Grece tamen est litteris informata.

℃ Feria quarta. Pauli ad corinthios.ii.cap.iiii.b.

FRatres. Non predicamus nosmetipsos sed iesum christum do minũ nostrũ. Nos autem seruos uestros per iesum. Quoniam deus qui dixit de tenebris lumẽ splẽdescere ipse illuxit in cordibus nostris: ad illuminationem scientie claritatis dei in faciem christi ie su. Habemus autem thesaurũ istũ in uasis fictilibus: ut sublimitas sit uirtutis dei & nõ ex nobis. In oĩbus tribulationem patimur: sed non angustiamur. Aporiamur: sed non destituimur. Persecutionem pa timur: sed non derelinquimur. Humiliamur: sed non cõfundimur. Deiicimur: sed nõ perimus. Semper mortificationẽ iesu in corpore nr̃o circũferentes: ut & uita iesu in corporibus nostris manifestetur.

Ut sublimitas sit virtutis dei nõ sic est legẽ dum sed sic. vt sublimitas vir tutis .s. nostre sit dei.

Item in oĩbus tribu.patimur.nõ est grẽ.sic: sed per participium ⁊ in sequẽtibus. sc; in oĩbus tribulati sed non angustiati. Aporiati sed non destituti per se.patientes sed non derelicti.deiecti sed non pereuntes.

℃ Feria sexta. Pauli ad corinthios.ii.cap.iiii.c.

FRatres. Semper nos qui uiuimus propter iesum: in mortẽ tra dimur: ut & uita iesu manifestetur in carne nostra mortali. Er go mors in nobis operatur: uita autem in uobis. Habentes aũtẽ eun dem spiritum fidei sicut scriptum est. Credidi propter quod locutus

Psal.cxv. Ut gr̃a abun dans ⁊c. Hic.

Sic habetur ut gratia multiplicata propter plurium gratiarum actiones abundet in gloriam dei.
Item momentaneum et leue.
Non legitur grece momentaneum sed tantum leue.

sum: & nos credimus propter quod et loquimur. Scientes quonia
qui suscitauit iesum et nos cum iesu suscitabit: & cõstituet uobiscũ.
Oia enim propter uos: ut gratia abundãs per multas gratiarũ actio
nes abundet in gloriam dei. Propter quod nõ deficimus. Sed licet is
qui foris est noster homo corrũpatur: tamẽ is qui int⁹ est renouatur
de die in diẽ. Id enim quod in presenti est momẽtaneũ & leue tribu/
lationis nostre: supra modũ in sublimitate eternũ glorie põdus ope
ratur in nobis. Nõ cõtemplãtibus nobis que uidentur: sed q̃ nõ uidẽ
tur. Que uidentur tẽporalia sunt: que autẽ nõ uidẽtur eterna sunt.

℃ Dominica. xiii. Pauli ad galathas cap. iii. c.

Sed quasi in uno. Valla. Non recte dicitur quasi in uno perinde ac si non esset re vera in uno dicendum igitur velut scriptum est. grece est in utroque ut. Testamentum confirmatum a deo. Deest in xpm ut sit cõfirmatũ a deo in xpm.

FRatres. Abrahe dicte sunt promissiones & semini eius. Non di
cit ex seminibus quasi in multis sed quasi in uno: & semini tuo
qui est christus. Hoc autem dico testamentum cõfirmatum a deo: q̃
post quadringentos & triginta annos facta est lex: non irritum fa/
cit ad euacuandam promissionem. Nam si ex lege hereditas iã: non
ex promissione. Abrahe autem per repromissionem donauit deus.
Quid ergo? Lex propter transgressionem posita est donec ueniret
semen cui promiserat ordinata p angelos in manu mediatoris. Me/
diator autem unius non est: deus autem unus est. Lex ergo aduersus
promissa dei? Absit. Si enim data esset lex que posset uiuificare: uere
ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato: ut
promissio ex fide iesu christi daretur credentibus.

℃ Feria quarta. Pauli ad romanos. cap. vii. a.

Ante legem peccatum erat mortuum.
Ego autem mortuus sum. Val. legendum est fui.
Operatum est mihi mortem. Valla. Grece non est operatum sed operans quod ego transtulissem operando siue perpetrando.

FRatres. Mortificati estis legi per corpus christi: ut sitis alterius
qui ex mortuis resurrexit: ut fructificetis deo. Cum enim esse/
mus in carne: passiones peccatorum que per legem erant operabã/
tur in membris nostris ut fructificarent morti. Nunc autem soluti
sumus a lege mortis in qua detinebamur: ita ut seruiamus in nouita
tẽ spiritus: & non in uetustate littere. Quid ergo dicemus? Lex pec/
catum est. Absit. Sed peccatum non cognoui nisi per legem. Nam
concupiscentiam nesciebam nisi lex diceret: non concupisces. Oc
casione autem accepta: peccatũ per mãdatum operatum est in me
omnem concupiscentiam. Sine lege enim peccatum mortuũ erat.
Ego autem uiuebam sine lege aliquando: sed cum uenisset manda
tum: peccatum reuixit. Ego autem mortuus sum et inuentũ est mi/
hi mandatum quod erat ad uitam: hoc esse ad mortem. Nã pecca/
tum occasione accepta per mandatum seduxit me: et per illud occi
dit. Itaq lex quidem sancta & mandatum sanctum et iustum & bo/
num. Quod ergo bonum est mihi factum est mors? Absit. Sed pec/
catum ut appareat peccatum per bonum mihi operatũ est mortẽ.

¶Feria sexta. Pauli ad romanos cap. vii. c.

Fratres. Scimus quia lex spiritalis est. Ego autem carnalis sum uenundatus sub peccato. Quod enim operor non intelligo. Non enim quod uolo bonum hoc ago: sed quod odio malum illud facio. Si autem quod nolo illud facio consentio legi quoniam bona est. Nunc autem iam nō operor illud: sed quod habitat in me peccatum. Scio enim quia nō habitat in me. Hoc est in carne mea bonū. Nam uelle adiacet mihi: perficere autē bonū nō inuenio. Non enim quod uolo bonū hoc facio: sed quod nolo malū hoc ago. Si aūt ꝙ nolo illud facio: iam non ego operor illud: sed quod habitat in me peccatum. Inuenio legē uolenti mihi facere bonum: quoniā mihi malum adiacet. Condelector enim legi dei secundum interiorem hominem. Video autem aliam legē in mēbris meis repugnantem legi mentis mee. Et captiuantem me in lege peccati: que est in mēbris meis. Infelix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei. Per iesum christum dominum nostrum. Repugnantem le. mētis mee. Hoc est. militantē contra legem mentis.

Item gratia dei. Hoc est non est dei sed deo. hoc est gratia sit deo. q̄ sic exponitur gratia deo ꝙ ipse liberauit nos per iesum christum dominum nostrum.

¶Dominica. xiiii. Pauli ad galathas cap. v. c.

Fratres. Spiritu ambulate & desideria carnis non perficietis. Caro enim concupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnem. Hec enim sibi inuicē aduersantur: ut nō q̄cūq; uultis illa faciatis. Quod si spū ducimini nō estis sub lege. Manifesta aūt sunt opa carnis. Que sunt fornicatiōes: imūdicie: ipudicitie: luxurie: idoloꝝ seruitꝰ. Veneficia: inimicitie: cōtētiōes: emulatiōes: ire: rixe: dissensiones: secte: inuidie: homicidia: ebrietates: cōmessationes & his similia que predico uobis sicut predixi. Quoniā qui talia agunt regnū dei nō cōsequūtur. Fructus aūt spiritꝰ est. Charitas: gaudiū: pax: patiētia: lōganimitas: bonitas: benignitas: mansuetudo: fides: modestia: continentia: castitas. Aduersus huiusmodi non est lex. Qui autē sunt christi carnē suam crucifixerunt cū uitiis & cōcupiscētiis. Opa carnis. Opera spūs.

¶Feria quarta. Pauli ad corinthios. ii. cap. vi. c. vii. a.

Fratres. Nolite iugum ducere cum infidelibus. Que enim participatio iusticie cum iniquitate? Aut que societas luci ad tenebras? Que autem conuentio christi ad belial? Aut que pars fideli cū infideli? Que autem consensus templo dei cum idolis? Vos enim estis templum dei uiui: sicut dicit deꝰ. Quoniā inhabitabo in illis: & inambulabo inter eos: & ero illorum deus: ipsi erūt mihi populus. Propter quod exite de medio eorum: & separamini dicit dn̄s. Et immundum nō tetigeritis & ego recipiam uos. Et ero uobis in patrē & i. Corin. iiij. c. Esaye. lij. c.

uos eritis mihi in filios & filias: dicit dñs omp̄s. Has igit̄ p̄missiones habétes charissimi: múdemus nos ab omni inquinamento carnis & spūs: p̄ficiétes sanctificationé i timore dei. Per iesum xp̄m dñm nr̄m

Feria sexta. Pauli ad corinthios .i. cap. vi. b.

FRatres. Nescitis quia iniqui regnum dei non possidebūt. Nolite errare nec fornicari: nec idolis seruiétes. Nec adulteri: nec molles: nec masculorū cócubitores: nec fures: nec auari: nec ebriosi: nec maledici: nec rapaces regnum dei possidebunt. Et hęc aliquádo quidem fuistis: sed abluti estis sed sanctificati estis: sed iustificati estis. In nomine domini nostri iesu xp̄i: & in spiritu dei nostri. Omnia mihi licent sed non omnia expediunt. Omnia mihi licét sed ego sub nullius redigar potestate. Esca uentri: & uester escis. Deus auté & hunc & hanc destruet. Corpus autem non fornicationi sed domino & dominus corpori. Deus uero & dominum suscitauit: & nos suscitabit per uirtutem suam.

Eccle. xxxvij. d.

Et aliquando quidem fuistis. Valla. Non ait apostolus corinthios fuisse illa oīa sez fornicarios molles. &c. tanq̄ omnes tales fuissent; sed quosdā. n. & idcirco legédū est quidam non quidem.

Dominica .xv. Pauli ad galathas. cap. vi. a.

FRatres. Si spiritu uiuimus: spiritu & ambulemus. Non efficiamur inanis glorie cupidi: inuicem prouocantes: inuicem inuidentes. Fratres: & si pręoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: uós qui spiritales estis: huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. Cósideráns teipsum ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate: & sic adimplebitis legem xp̄i. Ná si quis existimat se aliquid esse cū nihil sit: ipse se seducit. Opus auté suum probet unusquisq̄ & sic in semetipso tantū gloriá habebit & non in altero. Vnusquisq̄ eīm onus suum portabit. Cómunicet aūt is qui cathetizatur uerbo ei qui se cathetizat in omnibus bonis. Nolite errare: deus nó irridetur. Que enim seminauerit homo: hęc & manet. Qm̄ qui seminat in carne sua: de carne & metet corruptioné. Qui autem seminat in spiritu: de spiritu & metet uitam eternam. Bonum autem facientes non deficiamus: tempore enim suo metemus: nó deficientes. Ergo dum tempus habemus operemur bonum ad omnes. Maxime autem ad domesticos fidei.

Si spiritu viuimus spiritu et ambulemus. Valla. Imnmo spiritu contenti simus. hoc ē sine lege & circuncisione. Itē alter alterius. &c. Nō dicitur latine de multis alter alterius sz ď duobus. latinius & verius diceetur mutua onera portate: nec ad implebitis sed adimplete.

Itē in semetipso tantū gloriā ha. & nō in altero. grece est in seipsum & nō in alterum. Cōmunicet aūt is qui catechizatur. &c. Laborat valla sic trāsferédū fuisse: scz cōmunicet auté is qui docetur verbū cum eo qui ipsum docet in omnibus bonis. Itē non deficiamus. grece est non defatigemur. Item illud tp̄e suo. grece est tépore proprio.

Feria quarta. Pauli ad timotheum .i. cap. a.

CHarissime. Quicunq̄ sunt sub iugo serui: dominos suos omni honore dignos arbitrentur ne nomen domini & doctrina

blasfemetur. Qui autem fideles habent dominos non contẽnant: quia fratres sunt sed magis seruiant: quia fideles sunt & dilecti: quia beneficii participes sunt: hęc doce et exhortare. Si quis aliter docet & nõ aquiescit sanis sermonibus domini nostri iesu christi: & ei qui secundũ pietatem est doctrine superbus nihil sciens sed languens circa questiones & pugnas uerborũ: ex quibus oriuntur inuidie: cõtentiones: blasfemie: suspiciones: male conflictationes hominũ mente corruptorũ. Et quia ueritate priuati sunt: existimantium questũ esse pietatem. Est autem questus magnus pietas cum sufficientia.

Qꝛ beneficij ꝑticipes sũt Valla. Grece est q̃ ꝛ non qꝛ beneficij.

Verborũ pugna quid generatur.

Pietas questꝰ magnꝰ est.

¶ Feria sexta. Pauli ad timotheum.i.cap.vi.b.

CHarissime. Nihil intulimus in hunc mundum haud dubium: quia neq; afferre quod possumus. Habentes autem alimẽta & quibus tegamur his cõtenti simus. Nam qui uolũt diuites fieri: incidunt in tentationẽ & in laqueum diaboli & desideria multa inutilia & nociua: que mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas. Quam quidem appetentes errauerunt a fide: & inseruerunt se doloribus multis. Tu autem o homo dei hęc fuge. Sectare uero iusticiam: pietatem: fidem: charitatem & patientiam: mansuetudinem. Certa bonum certamen. apprehende uitam eternam in qua uocatus es: & confessus bonam cõfessionem coram multis testibus. Pręcipio tibi coram deo qui uiuificat omnia & xp̃o iesu qui testimonium reddidit sub pontio pilato: bonam confessionem ut serues mandatum sine macula: irreprehẽsibile usq; in aduentũ dñi nostri iesu xp̃i. Quem suis temporibꝰ ostẽdet beatꝰ & solus potẽs: rex regũ & dñs dominãtium. Qui solus habet immortalitatẽ: & lucẽ habitat inaccessibilẽ. Quẽ nullus hoim uidet nec uidere potest. Cui honor & imperium in secula seculorum

Cupiditas est radix omniuꝫ maloꝝ. ꝛ grę. non est cupiditas sed pecunia quia paulus eos hic reprehẽdit q̃ volũt diuites fieri.

Apoca.xix.c.

¶ Dominica.xvi. Pauli ad ephesios cap.iii.c.

FRatres. Obsecro uos ne deficiatis in tribulationibus meis pro uobis que est gloria uestra. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri iesu christi ex quo omnis paternitas ĩ cęlis & in terra nominatur. Vt det uobis secũdum diuitias glorie sue uirtutem corroborari per spiritum eius: in interiore homine habitare christum per fidem in cordibus uestris. In charitate radicati: & fundati. ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis que sit latitudo: longitudo: sublimitas & profundum. Scire etiam supereminẽtẽ sciẽtie charitatẽ christi ut impleamini in omnem plenitudinem dei. Ei autẽ qui potens est omnia facere superabundãter quã petimus aut intelligimus: secũdũ uirtutem q̃ operatur in nobis. Ipsi gloria in ecclesia & in christo iesu: in omnes generationes seculi seculoꝝ amen.

Ex quo oĩs paternitas. Grece est oĩs familia.

Itẽ illud oĩa facere supabũdãter quã pe. legẽdũ est que petimus vt ait valla.

¶ Feria quarta. Pauli ad colossenses cap.ii.b.

FRatres. Videte ne quis uos decipiat per philosophiam & inanem fallaciam secundum traditionem hominum: secundum elementa mūdi & nō secundum christum: quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: & estis in illo repleti qui est caput omnis principatus & potestatis. In quo & circuncisi estis: circuncisione nō manufacta in spoliatione corporis carnis: sed in circūcisione consepulti & in baptismo: in quo & resurrexistis per fidem operationis dei: qui suscitauit illū a mortuis. Et uos cum mortui essetis in delictis & preputio carnis uestre: conuiuificauit cum illo donans uobis omnia delecta. Per iesum christum dominum nostrum.

Ois principatus & potestatis caput est christus.

Ephe.ij.a.

¶ Feria sexta. Pauli ad colossenses cap.iii.d.&.iiii.a.

FRatres. Quicumq̄ iniuriam facit recipiet id quod iniq̄ gessit. Et non est personarū acceptio apud deum. Dn̄i quod iustum est & equum seruis prestate: scientes quoniā & uos dn̄m habetis in celo. Orationi instate uigilantes in ea in gratiarum actione. Orātes simul & pro nobis ut deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum misterium christi. Propter quod etiam uinctus sum ut manifestem illud: ita ut oportet me loqui. In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt tempus redimentes. Sermo uester semper in gratia sale sit cōditus: ut sciatis quomodo oportet uos unicuiq̄ respondere.

Cōdit⁹ penultimā acuit.

¶ Dominica.xvii. Pauli ad ephesеos cap.iiii.a

FRatres. Obsecro uos ego uinctus in domino ut digne ambuletis uocatiōe qua uocati estis. Cum omni humilitate & māsuetudine: cum patientia supportantes inuicem in charitate. Solliciti seruare unitatem spiritus in uinculo pacis. Vnum corpus & unus spiritus: sicut uocati estis in una spe uocationis uestre. Vnus dominus: una fides unum baptisma: unus deus & pater omnium: qui sup oēs et per oīa & in oībus nobis. Qui est benedictus in secula seculorum.

¶ Feria quarta in quattuor tēporū. Lectio amos ꝓphete.c.ix.d.

HEc dicit dominus. Ecce dies ueniunt: & comprehendet arator messorem: & calcator uue mittentem semen. & stillabūt mōtes dulcedinem: & omnes colles culti erunt. Et conuertent captiuitatem populi mei israel: & edificabunt ciuitates desertas & habitabunt in eis. Et plantabunt uineas & bibent uinum earum: & faciēt hortos: & comedēt fructus eoꝝ. Et plantabo eos super humū suam: & nō euellā eos ultra de terra sua quā dedi eis: dicit dn̄s omnipotēs.

¶ Lectio neemie prophete cap.viii.a.

Esdre.iij.a.

IN diebus illis. Congregatus est omnis populus quasi uir unus ad plateā q̄ est ante portā aquarū. Et dixerunt esdre scribe: ut

afferret librum legis moysi: quem precepit dñs israeli. Attulit ergo esdras sacerdos librũ coram multitudine uirorũ ac mulierũ: cunctis qui poterant intelligere in die prima mensis septimi. Et legit in eo in platea que erat ante portam aquarũ a mane usq ad mediã diẽ in cõspectu uirorũ & mulierũ & sapientium. Et aures oẽs populi erant erecte ad librum. Stetit autẽ esdras scriba sup gradum ligneũ quẽ fecerat ad loquẽdum. Et aperuit esdras librũ corã omni populo: & benedixit esdras dño deo magno. Et respõdit omnis populus amẽ. Et eleuãs oĩs populus manus suas: incuruati sunt & adorauerunt deũ proni in terra. Porro leuite silẽtium faciebãt in populo ad audiendũ legẽ. Populus autẽ stabat in gradu suo. Et legebãt in libro legis dei distincte: & aperte ad intelligendum. Dixit autẽ neemias & scribe & leuite. Dies sanctificatus est dño deo nostro: nolite lugere & nolite flere. Et dixit eis. Ite & comedite pinguia & bibite mulsum: & mittite partes eis que non preparauerunt sibi: quia sanctus dies dñi est: & nolite contristari. Gaudium etenim domini est fortitudo nostra. Gaudium domini est fortitudo nostra.

¶ Feria sexta. Lectio osee prophete cap. xiiii. a.

Hec dicit dominus deus. Conuertere israel ad dominum deum tuum quoniam corruisti in iniquitate tua. Tollite uobiscũ uerba: & conuertimini ad dñm & dicite ei. Oẽm aufer iniquitatẽ & accipe bonũ: & redemus uitulos labiorum nostrorum. Assur non saluabit nos. Super equũ nõ ascẽdemus: nec dicem' ultra dii nři opa manuum nostrarũ: quia eius qui in te est miserebitis populi. Sanabo cõtritiones eoꝝ: diligã eos spontanee: quia aduersus est furor meus ab eis. Ego quasi ros. Et israel germinabit quasi lilium. Et erumpet radix eius ut libani. Ibũt rami eius & erit quasi oliua gloria ei': & odor eius ut libani. Conuertentur sedentes in umbra eius: uiuent tritico & germinabũt quasi uinea. Memoriale eius sicut uinũ libani. Effraim quid mihi ultra idola? Ego exaudiam & dirigam eum: ego ut abietem uirentem: ex me fructus tuus inuentus est. Quis sapiens & intelliget ista: intelligens & sciet hęc. Quia recte uie domini & iusti ambulabunt in eis. Preuaricatores uero corruent in eis. Idolũ pamul. acuit. Hiere. ix. d.

¶ Sabbato. Lectio libri leuitici cap. xxiii. e.

In diebus illis. Locutus est dñs ad moysen dicens. Decimo die mensis huius septimi: dies expiationum erit celeberrim': & uocabitur sanctus: affligetisq animas uestras in eo: & offeretis holocaustũ dño. Omne opus seruile nõ facietis in tempore diei huius: qa dies propiciationis est: ut propicietur uobis dñs deus uester. Omnis aĩa que afflicta non fuerit die hoc peribit de populis suis: & que operis quidpiam fecerit: delebo eam de populo suo. Nihil ergo operis

facietis in eo. Legitimum ſempiternum erit uobis in cunctis generationibus & habitaculis ueſtris. Sabbatum requierionis eſt: affligetiſq; animas ueſtras. Diei nono menſis a ueſpero uſq; ad ueſperū celebrabitis ſabbata ueſtra. Dicit dominus omnipotens.

¶ Lectio libri leuitici cap.xxiii.f.

IN diebus illis. Locutus eſt dominus ad moyſen dicens. Quintodecimo die menſis ſeptimi: quando cōgregaueritis omnes fructus terre ueſtre: celebrabitis ferias domini ſeptem dieb⁹. Die primo & die octauo erit ſabbatū.i.requies. Sumetiſq; uobis die primo fructus arboris pulcherrime: ſpatulaſq; palmarū & ramos ligni dēſarum frondium & ſalices de torrēte: & letabimini coram domino deo ueſtro. celebrabitiſq; ſolēnitatem eius ſeptem diebus per annū. Legitimum ſempiternū erit in generationibus ueſtris. Menſe ſeptimo feſta celebrabitis: & habitabitis in umbraculis ſeptem diebus. Omnis qui de genere eſt iſrael manebit in tabernaculis: ut diſcāt poſteri ueſtri q; in tabernaculis habitare fecerim filios iſrael: cum educerem eos de terra egypti. Ego dominus deus ueſter.

¶ Lectio michee prophete cap.vii.c.

DOmine deus noſter: paſce populum tuum in uirga tua: gregē hereditatis tue habitantes ſolos in ſaltu iuxta dies antiquos. Videbunt gentes & confundētur ſuper omni fortitudine ſua. Quoniam quis deus ſimilis tui qui aufers iniquitatem & transfers peccatū reliquiarum hereditatis tue? Nō immittet ultra furorem ſuum: quoniam uolens miſericordiam eſt & reuertetur & miſerebitur noſtri. Deponet iniquitates noſtras: & proiiciet in profundū maris omnia peccata noſtra. Dabis ueritatem iacob: miſericordiam abrahā: que iuraſti patribus noſtris a diebus antiquis domine deus noſter.

Miſericordiam valt deus.

¶ Lectio Zacharie cap.viii.c.

IN diebus illis. Factū eſt uerbū dn̄i ad me dicens. Hec dicit dn̄s exercituū. Sicut cogitaui ut affligerē uos cū ad iracūdiam me prouocaſſent patres ueſtri: & non ſum miſertus: ſic cōuerſus cogitaui in dieb⁹ iſtis ut benefaciā hieruſalem & domui iuda. Nolite timere. Hec ergo ſunt uerba que facietis. Loquimini ueritatē unuſquiſq; cū proximo ſuo. Veritatē & iudicium pacis iudicate in portis ueſtris Et unuſquiſq; malū cōtra amicū ſuū ne cogitetis i cordibus ueſtris. & iuramentum mendax ne diligatis. Oīa enim hec ſunt que odi: dicit dn̄s. Et factū eſt uerbum dn̄i exercituū ad me dicēs. Hec dicit dominus exercituū. Ieiuniū quarti & ieiuniū quinti: & ieiuniū ſeptimi: & ieiuniū decimi: erit domui iude in gaudiū & leticiā: & in ſolēnitates p̄claras. Veritatē tātum & pacē dilige. Hec dicit dn̄s exercituū.

Ephe.iiij.f.

¶ Lectio danielis prophete.cap.iii.

IN diebus illis. Angelus domini descendit cum azaria & sociis eius in fornacem: & excussit flammam ignis de fornace: & fecit medium fornacis quasi rotis flantem. Require supra in uigilia natalis domini. Fo. vii.

¶ Pauli ad Hebreos cap.ix.a.

FRatres. Tabernaculum factū est primū in quo erāt cādelabra & mēsa & propositio manuū q̄ dicitur sancta. Post uelamentū autē: secūdū tabernaculū quod dicitur sctā sanctorū: aureū habens testamēti thuribulū & archam circūtectā ex omni parte auro: in qua erat urna aurea habēs māna & uirga aarō que fronduerat & tabule testamēti. Sup que erāt cherubin glorie obūbrātia propitiatoriū: de quib⁹ nō est modo dicēdū per singula. His uero ita cōpositis: in priori quidē tabernaculo semp introibāt sacerdotes sacrificiorū officia cōsumātes. In secūdo uero semel in anno solus pōtifex: nō sine sanguine quē offert ꝓ sua & populi ignorātia. Hec significāte spū sctō: nōdū ꝓpalatā esse sctōrum uiā: adhuc priore tabernaculo habēte statū. Que parabola est tēporis instātis. Iuxta quā munera & hostie offerūtur: q̄ nō possunt iuxta cōsciētiā pfectū facere seruientē. Solum modo in cibis & in potibus: & in uariis baptismatibus & iusticiis carnis usq; ad tēpus correptionis impositis. Christus aūt assistēs pōtifex futuroꝝ bonorū p amplius & pfecti⁹ tabernaculū nō manufactū. i. nō huius creationis. Nec p sanguinē hircorū aut uituloꝝ: sed p propriū sanguinē introiuit semel in sancta: eterna redēptione inuēta.

Xps assistens pontifex. Ual. Non ē legēdū assistens sed veniens seu aduenięs.

¶ Dominica.xviii. Pauli ad corinthios.i.cap.i.a.

FRatres. Gratias ago deo meo semp pro uobis in gratia dei q̄ data est uobis in xpo iesu. Quia in omnib⁹ diuites facti estis in illo in omni uerbo & in omni sciētia. Sicut testimoniū xp̄i cōfirmatum est in uobis: ita ut nihil desit uobis in ulla gratia: expectantibus reuelationem dn̄i nostri iesu christi. Qui et confirmauit uos usq; in finem sine crimine. In die aduentus domini nostri iesu christi.

¶ Feria quarta. Pauli ad corinthios.i.cap.iii.c.

FRatres. Nescitis quia templū dei estis: & spūs dei habitat in uobis? Si quis aūt tēplū dei uiolauerit disperdet illum deus. Templū enim dei sanctū est: quod estis uos. Nemo se seducat. Si quis uidetur inter uos sapiens esse in hoc seculo: stultus fiat ut sit sapiens. Sapientia enim huius mundi: stultitia est apud deum. Scriptum est enim. Comprehendā sapientes in astutia eorum. Et iterum. Dominus nouit cogitationes sapiētium: quoniam uane sunt. Itaq; nemo glorietur in hominibus: sed in omnibus iesus christus.

Violauerit Grecce ē violat de pn̄ti sʒ per aliud verbū geminatū.s. Si qs aūt tēplum dei destruit destruet hūc de⁹ Roma.i.c. Joan.v.b. Psal.xciii

Regnū dei nō in sermone sed in virtute est.

¶ Feria sexta. Pauli ad corinthios .i. cap. iiii. d. &. v. a.

FRatres. Non enim in sermone est regnum dei: sed in uirtute. Quid uultis? In uirga ueniam ad uos an in charitate & spiritu mansuetudinis? Omnino auditur fornicatio inter uos: & talis fornicatio: qualis nec inter gētes: ita ut uxorem patris sui aliquis habeat. Et uos inflati estis & non magis luctum habuistis: ut tollatur de medio uestrum qui hoc opus fecit. Ego quidē absens corpore: presens autē spiritu: iā iudicaui ut presens eum qui sic operatus est: in nomine domini nostri iesu christi: congregatis uobis & meo spiritu cum uirtute domini iesu tradere huiusmodi hominē sathane in interitū carnis: ut spiritus saluus sit in die domini nostri iesu christi.

¶ Dominica .xix. Pauli ad ephesios cap. iiii. f.

Irascimini & nolite peccare

FRatres. Renouamini spiritu mentis uestre: & induite nouū hominē: qui secundū deū creatus est in iusticia & sanctitate ueritatis. Propter quod deponētes mēdaciū: loquimini ueritatē unusquisq; cū proximo suo: qm̄ sumus inuicē mēbra. Irascimini & nolite peccare. Sol nō occidat sup iracūdiā uestrā. Nolite locū dare diabolo. Qui furabatur: iā non furetur. Magis aūt laboret operādo manibus suis quod bonum est ut habeat unde tribuat necessitatem patienti.

¶ Feria quarta. Pauli ad thessalonicēses .ii. cap. ii. d. &. iii. a.

FRatres. State & tenete traditiones quas didicistis siue per sermonem: siue per epistolam nostram. Ipse autem dominus noster iesus: & deus & pater noster qui dilexit nos: & dedit consolationē eternam: & spem bonam in gratia exhortetur corda uestra: & cōfirmet in omni opere bono & sermone. De cetero fratres orate pro nobis: ut sermo dei currat & clarificet sicut & apud uos: & ut liberemur ab importunis & malis hominibus. Non enim omnium est fides. Fidelis autem deus est qui conformabit uos: & custodiet a malo. Confidimus autem fratres de uobis in domino quoniam quecumq; precepimus & facitis & facietis. Dominus autem dirigat corda & corpora uestra in charitate dei & patientia christi.

¶ Feria sexta. Pauli ad romanos cap. xiii. a.

Ois potestas a deo est.

Sibi dānatio nē acquirunt. Valla. Grece. nō ē acquirūt sz accipiēt.

FRatres. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi a deo. Que aūt sunt a deo ordinata sunt. Itaq; qui resistit potestati: dei ordinationi resistit. Qui autem resistūt ipsi sibi damnationem acquirunt. Nam principes non sunt timori boni operis: sed mali. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac & habebis laudem ex illa. Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem male feceris time. Non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est: uindex in iram ei qui malum agit.

Nam principes non sunt timori boni operis.&c. Melius foret datiuũ.s.bono operi ad verbũ tñ sic est grece. Non sunt terror bonorũ sed malorum.

℄ Dominica.xx. Pauli ad ephesеos cap̃.v.d.

FRatres. Videte quomodo caute ambuletis: non quasi insipientes: sed ut sapientes. Redimentes tempus quoniam dies mali sunt propterea nolite fieri imprudentes sed intelligentes que sit uoluntas dei. Et nolite inebriari uino in quo est luxuria: sed implemini spiritu sancto loquentes uobis metipsis in psalmis & hymnis & canticis spiritualibus: cantantes & psallentes in cordibus uestris domino. Gratias agentes semper pro omnibus in nomine domini nostri iesu christi deo & patri: subiecti inuicem in timore christi.

Luxuria est in vino.

℄ Feria quarta. Pauli ad thessalonicenses.ii.cap̃.iii.b.

FRatres denũciamus uobis in nomine dñi nostri iesu christi: ut subtrahatis uos ab omni fratre ambulãte inordinate: & nõ secũdũ traditionem: quã acceperũt a nobis. Ipsi enim scitis quẽadmodum opotteat imitari nos. Quoniã nõ inquieti fuim⁹ inter uos: nec gratis panem mãducauimus ab aliquo: sed in labore & fatigatione nocte & die operans ne quẽ uestrum grauaremus. Nõ quasi non habuerimus potestatẽ sed ut nosmetipsos formã darem⁹ uobis ad imitãdũ nos. Nã et cũ essemus apud uos: hec denũciabamus uobis: qm̃ siquis nõ uult operari nec mãducet. Audiuimus eñ inter uos: quosdã ambulantes inquiete: nihil operantes: sed curiose agẽtes. His autẽ qui eiusmodi sunt denũciamus & obsecramus in dño iesu christo: ut cum silentio operantes suum panẽ manducent. Vos autẽ fatres nolite deficere benefacientes in christo iesu domino nostro.

Quũ non inquieti. Valla Melius foret in cõpositi.

Nihil operãtes sed curiose agẽtes. castigat. valla. interp̃tẽ q᷑ non seruauit venustatẽ pauliane elocutionis vt saltem diceret nihil agentes sꝫ curiose agentes.

℄ Feria sexta. Pauli ad timotheum.i.cap̃.vi.d.

CHarissime. Precipe diuitibus huius seculi: non sublime sapere: nec sperare in incerto diuitiarum sed in deo uiuo qui prestat nobis oĩa abunde ad fruendum bene agere diuites fieri in operibus bonis. Facile tribuere: communicare: thesaurizare sibi fundamẽtũ bonum in futurum: ut apprehendant uitam eternam.

℄ Dominica.xi. Pauli ad ephesios cap̃.vi.b.

FRatres. Cõfortamini in dño & in potentia uirtutis eius. Induite uos armaturam dei: ut possitis stare aduersus insidias diaboli quia non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinẽ: sed aduersus principes & potestates: aduersus mundi rectores tenebrarum harum: contra spiritalia nequitie in celestibus. Propterea accipite armaturam dei: ut possitis resistere in die malo: et in omnibus perfecti stare. State ergo succincti lumbos uestros in ueritate: et induti loricã iusticie: & calciati pedes in preparationem euãgelii pacis.

Colluctatio xp̃ianorum non est cũ visibilibus.

Gladius spūs verbum dei ē.

In oibus sumētes scutū fidei: in quo possitis oia tela neqssimi ignea extiguere. Et galeā salutis assumite: & gladiū spūs quod ē uerbū dī.

ℭ Feria quarta. Ad timotheum. i. cap. i. b.

Leges in se bone sunt: ex parte autem vsus male.

Justo lex non est posita sed iniustis.

j. Pet. iij. a.

CHarissime. Finis precepti est charitas de corde puro: & cōscientia bona: & fide nō ficta. A quibus quidam aberrantes: conuersi sunt in uaniloquiū uolentes esse legis doctores nō itelligētes: nec q̄ loquūtur nec de quibus affirmant. Scimus aūt quia bona est lex: si quis ea legitime utatur. Sciētes hoc quia iusto lex nō est posita sed iniustis & nō subditis: impiis & peccatoribus: sceleratis: & cōtaminatis patricidis: matricidis: homicidis: & fornicariis: masculorū cōcubitoribꝰ: plagiariis: mēdacibꝰ: piuriis. Et si qd aliud sane doctrine aduersatur: que est secundū euangeliū glorie beati dei: quod creditum est mihi. Gratias ago ei qui me confortauit: in christo iesu dño nostro.

ℭ Feria sexta. Pauli ad timotheum. i. cap. ii. c.

Mulieres non debent docere.

CHarissime. Veritatem dico non mentior: doctor gentiū in fide & ueritate. Volo ergo uiros orare in omni loco: leuantes puras manus sine ira & disceptatione. Similiter & mulieres in habitu ornato cum uerecundia & sobrietate ornantes se: non in tortis crinibus aut auro: aut margaritis uel ueste p̄ciosa: sed quod decet mulieres promittentes pietatē per opera bona. Mulier in silentio discat cum omni subiectione. Docere autem mulieri nō permitto nec dominari in uirum: sed esse in silentio. Adam enim primus formatus est deinde eua: & adam non est seductus: mulier autē seducta in preuaricatione fuit. Saluabitur autem per generationem filiorum: si permanserit in fide & delectatione & sanctificatione cum sobrietate.

Sine ira ꝛ disceptatione. Valla. sine dubitatione atq̄ hesitatione fortasse meliꝰ fuerat dicendum. Itē cū verecundia ꝛ sobrietate dicendum erat secūdū hieronimū. Cū verecundia ꝛ pudicitia ꝛ paulo etiā post ibi cū sobrietate. dicendū est cū pudicitia.

ℭ Dominica. xxii. Pauli ad philippenses. cap. i. a.

Sincerus. a. um. ꝛ sinceris e penultimam producūt semper.

FRatres. Confidimus in dño iesu: quia q̄ cepit in uobis opus bonū perficiet usq; in diē xp̄i iesu. Sicut est mihi iustum hoc sentire pro omnibus uobis: eo quod habeā uos in corde & in uinculis meis: & i defēsiōe: & cōfirmatiōe euāgelii: socios gaudii mei oēs uos esse. Testis e͞m mihi est deus quomodo cupiā oēs uos esse in uisceribꝰ xp̄i iesu. Et hoc oro ut charitas uestra magis abundet in oī scientia: & in omni sensu: ut p̄betis potiora: & sitis sinceres & sine offensa in diem xp̄i: repleti fructu iusticie per iesum xp̄m in gloriam & laudem dei.

ℭ Feria quarta. Pauli ad timotheum. i. cap. iii. d. & iiii. a.

CHarissime. Manifestum est magnum pietatis sacramētū quod manifestum est in carne: iustificatum est in spiritu: apparuit an

gelis:predicatum est gentibus: creditum est in mundo: assumptum
est in gloria. Spiritus autem manifeste dicit:quia in nouissimis tem/
poribus discedent quidam a fide:attendentes spiritibus erroris & do ij.Pet.iij.a.
ctrinis demoniorum in hypocresi loquentium mendatium & caute Jude.j.f.
riatam habentium suam conscientiam: prohibentiũ nubere: absti/
nere a cibis quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarũ actio/
ne fidelibus:& his qui cognouerunt ueritatem. Quia omnis creatu Omnis crea/
ra dei bona:& nihil reiiciendum:quod cum gratiarum actione per/ tura dei bona
cipitur. Sanctificatur autem per uerbum dei & oratione. Hec propo est & nihil rei/
nens fratribus:bonus eris minister christi iesu:enutritus uerbis fidei: ciendũ ex ea.
& bone doctrine quam assecutus es. Ineptas autem aut inanes fabu/
las deuita. Exerce autem teipsum ad pietatem. Nam corporalis exer
citatio ad modicum utilis est pietas autẽ ad omnia utilis est promis/
sionem habens uite que nunc est & future.

Manifestũ est magnũ pietatis.&c. Vall.quod neutraliter legitur masculine legendũ
est addendumq; deus:sic enim est grece. Et sine controuersia magnũ est pietatis sa
cramẽtũ.i.mysteriũ:deus manifestatus est in carne:iustificatus in spũ:apparuit an=
gelis:predicatus est in gentibus:creditus est in mundo assumptus est in gloria.

¶ Feria sexta. Pauli ad timotheum.i.cap.iiii.c.&.v.a.

CHarissime. Fidelis sermo & omni acceptione dignus. In hoc
enim laboramus maledicimur & diiudicamur. quia speramus
in deum uiuum qui est saluator omnium hominum maxime fideli/
um. Precipe hec & doce. Nemo adolescentiam tuam contẽnat: sed
exemplum esto fidelium in uerbo in conuersatione: in charitate: in
fide:in castitate. Dum uenio attende lectioni: exhortationi: & do/
ctrine. Noli negligere gratiam que est in te: que data est tibi per pro
phetiam cum impositione manuum presbyterii. Hec meditare: in
his esto:ut profectus tuus manifestus sit omnibus. Attẽde enim tibi
& doctrine insta in illis. Hoc enim faciens & teipsum saluum facies:
& eos qui te audient. Seniorẽ ne increpaueris: sed obsecra ut patrẽ.
Iuuenes ut fratres. Anus ut matres. Iuuẽculas ut sorores in omni ca Sed obsecra
stitate. Viduas honora que uere uidue sunt. Si qua autem uidua fili/ vt patrem.vall.
os aut nepotes habet:discat primum domum suam regere:& mutu/ putat dicẽdũ
am uicem reddere parentibus. Hoc enim acceptum est coram deo. fuisse hortare.

Si qua autẽ vidua.&c. Hoc preceptũ nõ vidue datur sed filiis ac nepotibus.ideoq; sic
legendum. discant primum suam domum pie tractare.&c.

¶ Dominica.xxiii. Pauli ad philippenses cap.iii.d.

FRatres. Imitatores mei estote: & obseruate eos qui ita ambu/
lant:sicut habetis formam nostrã. Multi enim ambulant quos
sepe dicebã uobis. Nunc autem dico inimicos crucis christi: quorũ Roma.xvj.c.
finis interitus:quorum deus uenter est:& gloria in confusione ipso/

tum qui terrena sapiunt. Nostra autem conuersatio in celis est. Unde etiam saluatorē expectamus dn̄m nostrum iesum christū: qui reformabit corpus humilitatis nostre: configuratum corpori claritatis sue: secundum operationem qua possit & subiicere sibi omnia: in christo iesu domino nostro.

Qui reformabit. &c. Sic trāsferendum putat Valla. Qui transfigurabit corpus humi. nostre: vt sit configuratum glorie corporis eius.

ℭ Feria quarta. Ad timotheum. ii. cap. ii. b.

Cōtēdere verbis ad nihilum est vtile. Noli verbis cōtēdere. Nō est grece imperatiuū sed infinitiuū nō cōtēdere verbis depēdet enim a superiori cōmone nō cōtēdere verbis. &c. Cognouit dominus qui sunt eius. Valla. Qui sunt sui dicendum est.

CHarissimi. Fidelis sermo. Nam si cōmortui sumus: & conuiuemus. Si sustinebimus: & conregnabimus. Si negauerimus: & ille negabit nos. Si non credimus: ille fidelis permanet: negare seipsum non potest. Hec commone testificans coram deo. Noli uerbis contēdere. Ad nihilum enim utile est: nisi ad subuersionem audientium. Sollicite autem cura teipsum probabilem exhibere deo operarium inconfusibilem: recte tractantem uerbum ueritatis. Prophana autem & inaniloquia deuita: multū enim proficiūt ad impietatē: & sermo eorū ut cancer serpit. Ex quibus est hymeneus & philetus quia ueritatē exciderūt dicētes resurrectionē iā factā & subuerterunt quorūdā fidē. Sed firmū fundamētum dei stat: habens signaculum hoc. Cognouit dn̄s qui sunt eius. Et discedit ab iniquitate oīs qui inuocat nomen dn̄i. In magna autē domo nō solū sunt uasa aurea & argentea: sed etiam lignea & fictilia. Et quedā quidē in honorē quedam in contumeliā. Si quis ergo mūdauerit se ab istis: erit uas in honorem sanctificatum & utile dn̄o ad omne opus bonum paratum.

ℭ Feria sexta. Pauli ad philippenses cap. iii. d.

FRatres. Imitatores mei estote & obseruate eos qui ita ambulāt. Require supra in isto folio.

ℭ Dominica. xxiiii. Pauli ad colossenses. cap. i. b.

FRatres. Non cessamus pro uobis orantes: & postulantes ut impleamini agnitione uoluntatis dei in omni sapientia & intellectu spiritali: ut ambuletis digne deo per omnia placentes. In omni opere bono fructificantes & crescentes in scientia dei. In omni uirtute confortati: secundum potentiam claritatis eius: in omni patientia & longanimitate cum gaudio. In christo iesu domino nostro.

ℭ Feria quarta. Pauli ad hebreos cap. iii. c. & iiii. a.

FRatres. Videte itaq̄ne forte sit in aliquo uestrum cor malum incredulitatis discedendi a deo uiuo: sed adhortamini uosmet ipsos per singulos dies: donec hodie cognominetur: ut non obduretur quis ex uobis fallacia peccati. Participes enim christi effecti sumus: si tamen initium substantie eius: usq̄ ad finem firmum retinea-

mus dum dicitur. Hodie si uocem eius audieritis: nolite obdurate corda uestra: quemadmodum in illa exacerbatiõe. Quidam enim audiẽtes exacerbauerũt: sed non uniuersi: qui profecti sunt ab egypto per moysen. Quibus autem infensus est quadraginta annis. Nõ ne illis qui peccauerũt: quorum cadauera prostrata sunt in deserto? Quibus autem iurauit non introire in requiem ipsius: nisi illis q increduli fuerunt & uidemus quia non potuerunt introire propter incredulitatem. Timeamus ergo ne forte relicta policitatiõe introeũdi in requiem eius existimetur aliquis ex nobis deesse. Etenim & nobis nunciatum est: quemadmodum et illis. Sed non profuit illis sermo auditus non admixtus fidei ex his qui audierunt. Ingrediemur enim in requiem qui credidimus in dñm iesum christum. Psal.xcliij.

℄ Dominica.xxv. Lectio hieremie prophete cap.xxiii.a.

Ecce dies ueniunt dicit dominus: & suscitabo dauid germen iustum: & regnabit rex & sapiens erit: & faciet iudicium & iustitiam in terra. In diebus illis saluabitur iuda: & israel habitabit confidenter. Et hoc est nomen quod uocabunt eum dominus iustus noster. Propter hoc ecce dies ueniunt dicit dominus: & non dicent ultra uiuit domin⁹: qui eduxit filios israel de terra egypti. Sed uiuit dominus qui eduxit et adduxit semẽ domus israel de terra aquilonis: & de cunctis terris ad quas eieceram eos illuc. Et habitabunt in terra sua dicit dominus omnipotens. De.xxiij.a.

℄ Feria quarta. Pauli ad thessalo.ii.cap.i.a.

Frattes. Gratias agere debemus deo semper ꝓ uobis: ita ut dignum est. Quoniam super crescit fides uestra & abundat charitas: uniuscuiusq omniũ nostrum inuicem ita nosipsi in uobis gloriemur in ecclesiis dei pro patientia uestra & fide: in omnibus persecutionibus & tribulationibus uestris: quas substinetis in exẽplum iusti iudicii dei ut digni habeamini in regno dei: pro quo & patimini. Si tamen iustum est apud deum retribuere retributionem his q uos tribulant: & uobis qui tribulamini requiem uobiscum in reuelatione domini nostri iesu christi: de cęlo cum angelis uirtutis eius in flãma ignis dantis uindictam his qui non nouerunt deum: & qui non obediunt euangelio domini nostri iesu christi. Qui penas dabũt in iteritu eternas: a facie domini & gloria uirtutis eius: cum uenerit glorificari in sanctis suis: & admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt iesum christum dominum nostrum.

Qui penas dabit in interitu eternas. Grece est interitũ eternum apponitur.

℄ Feria sexta. Beati petri apostoli.ii.cap.iii.b.

Charissimi. Nõ lateat uos quia un⁹ dies apud dominũ sicut mille ãni: & mille ãni sicut dies unus. Non tardat dñs ꝓmissa sicut

predicabũt: nisi mittãtur? Sicut scriptũ est. Quã speciosi pedes euan gelizãtiũ pacẽ: euãgelizãtium bona. Sed nõ oẽs obediũt euãgelio. Esayas aũt dicit. Dñe qs credidit auditui nr̃o? Ergo fides ex auditu: audit⁹ aũt p uerbũ xp̃i. Sed dico. Nũquid nõ audierũt? Et quidem in omnem terrã exiuit sonus eorum: & in fines orbis terre uerba eorũ. Sed non omnes obediunt euangelio. Alia. obedierunt legendum est.

Esa. liij. b.
Naum. j. d.
Esa. lij. a.
Joan. xij. f.
Psal. xviij.

In festo Barbate uirginis. Eccle. cap̃. li. a.

CONfitebor tibi domĩe rex: & collaudabo te deũ saluatorẽ meũ. Cõfitebor nomini tuo: quoniam adiutor & protector factus est mihi: & liberasti corpus meũ a perditiõe: a laqueo lingue inique: & a labiis operantiũ mendacium. Et in conspectu persequẽtium factus est mihi adiutor: & liberasti me secundum multitudinem misericordie nominis tui: a rugientibus preparatis ad escam: de manibus querẽtium aĩam meã: & de multis tribulationibus q̃ circundederũt me: a pressura flãme que circundedit me: & in medio ignis non sum estuata. De altitudine uẽtris inferi: & a lingua coinquinata: & a uerbo mẽdacii. A rege iniquo: & a ligua iniusta. Laudabit usq; ad mortem anima mea dñm: & uita mea appropinquãs erat in inferno deorsum. circũdederũt me undiq; & nõ erat qui adiuuaret. Respiciens eram ad adiutorium hominũ: & nõ erat. Memorata sum misericordie tue dñe: & cooperationis tue que a seculo sũnt. Quoniam eruis sustinentes te: & liberas eos de manu angustie domine deus noster.

Liberat deus sustinentes illum.

Sancti nicolai episcopi. Ad hebreos cap̃. vii. d.

FRatres. Plures facti sũt sacerdotes secũdũ legẽ. Iccirco ꝙ morte prohiberẽtur permanere. Iesus autẽ eo ꝙ maneat in eternũ: sempiternum habet sacerdotiũ. Vnde & saluare in perpetuũ potest: accedẽs per semetipsum ad deum: semper uiuens ad interpellandũ pro nobis. Talis enim decebat ut nobis esset pontifex: sanctus: innocens: & impollutus: segregatus a peccatoribus: & excelsior coelis factus. Qui non haberet necessitatem quotidie quemadmodum alii sacerdotes: prius pro suis delictis hostias offerre: deinde pro populo. Hoc enim fecit semel se offerendo dominus noster iesus christus.

Eternũ & sempiternũ. Idez significant am bo & pene idez vocabulũ sunt at grece diuersa õ enĩ sempiternũ incommutabile siue intrãsgressibile siue impreuaricabile. Prẽ accedẽs p semetipsum legendum est p ipsum.

In cõceptione beate marie. Sapiẽtie prouerbio. cap̃. viii. c.

DOminus possedit me in initio uiarum suarum anteq̃ quicq̃ faceret a principio. A beterno ordinata sum: & ex antiquis ante q̃ terra fieret. Nondum erant abyssi: & ego iam cõcepta eram. Nec dum fontes aquarum eruperant. Nec dum montes graui molle cõstiterant. Ante omnes colles ego parturiebar. Adhuc terram non fecerat: & flumina & cardines orbis terre. Quando preparabat coelos aderã: quãdo certa lege & gyro uallabat abyssos: quãdo ethera

firmabat sursum & librabat fontes aquarum. Quando circũdabat mari terminum suum: & legem ponebat aquis: ne transirent fines suos. Quando appendebat fundamenta terre: cum eo eram cuncta componens. Et delectabar per singulos dies: ludens coram eo omni tempore. Ludẽs in orbe terrarum: & delitie mee esse cum filiis hominũ. Nunc ergo filii audite me. Beati qui custodiũt uias meas. Audite disciplinam & estote sapientes: & nolite abiicere eam. Beat⁹ homo qui audit me: & qui uigilat ad fores meas quottidie: & obseruat ad postes ostii mei. Qui me inuenerit inueniet uitam: & hauriet salutem a domino.

¶ Leocadie uirginis. Pauli ad corinthios. ii. cap. x. d. xi. a.

FRatres. Qui gloriatur: in domino glorietur. Non enim qui se ipsum commendat: ille probatus est: sed quem deus commendat. Utinam sustineretis modicum quid insipientie mee: sed & supportate me. Emulor enim uos dei emulatione. Despondi enim uos uni uiro: uirginem castam exhibere christo.

Utinam susti. modicum quid. &c. Ualla. Non legitur grece quid. hoc autem totum sic transferrem. Utinam susciperetis parumper insipientiam meam. vel utinam susciperetis me parumper propter insipientiam meam.

¶ Eulalie uirginis. Lectio libri sapientie cap. vii. d. viii. a.

Malicium sapientia vincit. SApiẽtia uincit maliciã. Attingit ergo a fine usq; ad finem fortiter: & disponit oĩa suauiter. Hãc amaui: & exquisiui a iuuentute mea. Et quesiui spõsam mihi assumere: & amator fact⁹ sum forme illius. Generositatem illius glorificat: contubernium habẽs dei: sed & dominus omnium dilexit eam. Doctrix enim est discipline dei.

¶ Damasi pape. Lectio sapientie. Eccle. cap. xliiii. d. & xlv. a.

ECce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo: & inuẽtus est iustus: & in tẽpore iracũdie factus est recõciliatio. Non est inuẽtus similis illi: qui conseruaret legẽ excelsi. Ideo iureiurando fecit illũ dñs crescere in plebẽ suã. Benedictionem omniũ gẽtium dedit illi: & testamentũ suũ cõfirmauit super caput eius. Cognouit eum in benedictionibus suis: cõseruauit illi misericordiã suã: & inuenit gratiam corã oculis dñi. Magnificauit illum in cõspectu regũ: & dedit illi coronã glorie. Statuit illi testamẽtum sempiternũ: & dedit illi sacerdotiũ magnũ: & beatificauit illũ in gloria. Fũgi sacerdotio: & habere laudẽ in noĩe ipsi⁹ & offerre illi icẽsũ dignũ in odorẽ suauitatis.

¶ Lucie uirginis. Lectio sapientie. Ecclesiastici cap. li.

COnfitebor tibi domine rex & collaudabo te saluatorem meũ. Require supra in festo sancte barbare. Fo. xlix.

¶ In commemoratione annunciationis beate Marie. Lectio esaye prophete cap. vii. b.

IN diebus illis. Locutus est dominus ad achaz dicens. Pete tibi signum. Require supra feria. vi. ante natalē xpi. fo. .vi. +

¶ Dñici abbatis & cōfesso. Lectio sapiētie. Ecclesia. cap. xxxix. a.

IVstus cor suum tradidit ad uigilandum diluculo ad dñm qui fecit illum: & in cōspectu altissimi deprecabitur. Aperiet os suū in oratione: & pro delictis suis deprecabitur. Si enim dñs magnꝰ uoluerit spiritu intelligētie replebit illū: & ipse tanq̄ imbres mittet eloquia sapiētie sue: & in oratiōe cōfitebitur dño. Et ipse diriget consiliū eius & disciplinā: & in abscōditis suis cōsiliabit. Et ipse palā faciet disciplinā doctrine sue: & in lege testamēti dñi gloriabitur. Collaudabūt multi sapiētiā eius: & usq; in seculū nō delebitur. Nō recedet memoria eius: & nomē eius requiretur a generatiōe in generationē.

¶ Thome apostoli. Pauli ad ephesios cap. ii. d.

FRatres. Iam non estis hospites & aduene: sed estis ciues sanctorum & domestici dei. Superedificati supra fundamētum apostolorū & prophetarū. Ipso summo angulari lapide xpo iesu: in quo oīs edificatio constructa crescit in templum sanctum in domino. In quo & uos coedificamini in habitaculum dei in spiritu sancto.

¶ Sancti Isidori. Lectio libri sapientie cap. vii. a. +

OPtaui. Et datus est mihi sensus. Et inuocaui: & uenit in me spiritus sapientie: & proposui illam regnis & sedibus: & diuitias nihil esse dixi in cōparatione illius. Nō cōparaui illi omnē lapidem preciosum: q̄m omne aurū in cōparatione illius arena est exigua. Et tanq̄ lutum estimabitur argentum in cōspectu illius. Super salutem & speciem dilexi illam: & proposui pro luce habere illam quoniam inextinguibile est lumen illius. Venerunt aūt mihi oīa bona pariter cum illā: & innumerabilis honesta per manus illius. Et letatus sum in oībus: quoniā antecedebat me ista sapientia: & ignorabam quoniam oīm bonorū mater est: quā sine fictione fidei didisci: & sine inuidia cōmunico bonis illius: & honestatem illius non abscondo.

Isidorus penul. acuit.

Sapientia nihil preciosius.

Oīm bonorū mater est sapientia.

¶ Stephani ꝓthomar. Lectio actuū apostoloꝝ ca. vi. b. vii. g.

IN diebus illis. Stephanus plenus gratia & fortitudine: faciebat prodigia & signa magna in populo. Surrexerunt autem quidam de synagoga que appellabatur libertinorum & cyrenensium & alexandrinorum: & eorum qui erāt a cilicia & asia disputantes cū stephano: & non poterāt resistere sapiētie & spiritui qui loquebatur. Audiētes aūt hec: dissecabātur cordibus suis: & stridebāt dētibus in eū. Cū aūt esset stephanus plenus spiritui sancto: intendēs in celum uidit gloriam dei & iesum stantē a dextris. Et ait. Ecce uideo coelos apertos: & filium hominis stantē a dextris uirtutis dei. Exclamantes

autem uoce magna cõtinuerũt aures suas: & impetũ fecerũt unanimiter i eũ. Et eiciẽtes eũ extra ciuitatem lapidabant. Et testes deposuerunt uestimenta sua secus pedes adolescentis: qui uocabatur saulus: & lapidabãt stephanum inuocantem & dicentem. Dñe iesu accipe spiritũ meũ. Positis aũt genib⁹ clamauit uoce magna dicẽs. Dñe ne statuas illis hoc peccatum. Et cũ hoc dixisset obdormiuit in dño.

iij. Reg. xxj. d.

¶ In natali sancti Ioãnis euangeliste. Lectio epistole Pauli ad Ephesios cap. i. a.

FRatres. Benedictus deus & pater domini nostri iesu xp̃i: qui benedixit nos in omni benedictione spiritali in celestibus in xp̃o. Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionẽ: ut essemus sancti & immaculati in cõspectu eius in charitate. Qui predestinauit nos in adoptionem filiorum per iesum christum in ipsum secundum ꝓpositũ uoluntatis sue. In laudẽ glorie & gratie sue: in qua gratificauit nos in dilecto filio suo in quo habemus redemptionem per sanguinem eius remissionem peccatorum secũdũ diuitias gratie eius: que superabundauit in nobis per iesum christum dominũ nostrum.

Secũdum propositũ voluntatis sue. Grece est secundũ beneplacitũ voluntatis sue.

¶ Ad missam maiorẽ. Lectio libri sapientie. Ecclesia. cap. xv. a.

QVi timet dñm faciet bona: & q cõtinens est iustitie apprehendet illã: & obuiabit illi quasi mater honorificata. Cibauit illũ pane uite & intellectus: & aqua sapiẽtie salutaris potabit illum. Et firmabitur in illo & nõ flectetur: & cõtinebit illũ: & nõ confundetur: & exaltabit illũ apud proximos suos: & in medio ecclesie aperiet os eius: et implebit eum dñs spiritus sapiẽtie & intellectus: & stolã glorie induet eum. Et nomine eterno hereditabit illũ dñs deus noster.

¶ Sanctoꝝ innocentũ. Lectio libri apoca. btĩ ioãnis. apl̃i ca. xiiii. a.

IN diebus illis. Vidi supra montẽ syõ agnũ stantẽ: & cũ eo cẽtũ quadraginta quattuor milia habẽtes nomẽ eius: & nomen patris eius scriptũ in frõtibus suis. Et audiui uocẽ de cęlo tanq̃ uocem aquarum multarũ: & tanq̃ uocẽ tonitrui magni. Et uocẽ quã audiui sicut cytharedorum cytharizãtium in cytharis suis. Et cantabãt quasi cãticum nouũ ante sedẽ: & ãte quattuor animalia & seniores. Et nemo poterat dicere cãticum: nisi illa centum quadraginta quattuor milia: qui empti sunt de terra. Hi sunt q cũ mulieribus nõ sunt coinquinati: uirgines enim sunt. Hi sequuntur agnũ quocũq; ierit. Hi empti sunt ex omnibus primitie deo & agno: & in ore ipsorũ nõ est inuẽtum mendacium. Sine macula enim sunt ante thronũ dei.

¶ Thome archiepiscopi. Lectio libri sapiẽtie cap. iiii. b.

IVustus si morte preocupatus fuit: in refrigerio erit. Senectus enim uenerabilis est nõ diuturna: nec numero annorum cõpu

tata. Cani sunt autem sensus hominis: & etas senectutis uita immaculata. Placens deo: factus dilectus: & uiuens inter peccatores translatus est. Raptus est ne malicia mutaret intellectum illius: aut fictio deciperet animā illius. Consumatus in breui: expleuit tēpora multa. Placita enim deo erat anima illius: propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatum. quoniam gratia dei & misericordia est in sanctos illius: et respectus in electos illius. Cani sunt sensus hominis

¶ Trāslatio scti Iacobi apli. Sapie Eccli. cap. xliiii. d. & xlv. a.

BEnedictio domini super caput iusti. Ideo dedit illi hereditatē. Require supra in uigilia sancti andree. fo. xlviii.

¶ Siluestri pape. Lectio pauli ad Hebreos cap. vii.

FRatres. Plures facti sunt sacerdotes secūdum legem: iccircoq morte. Require supra in festo sancti nicolai. fo. xlix.

¶ Hylarii episcopi & doctoris. Lectio sapientie cap. vii.

OPtaui: & datus est mihi sensus. Et inuocaui & uenit in spūs sapiētie. Require supra in festo sancti isidori. fo. l.

¶ Mauri abbatis. Sapiētie ecclīastici cap. xiiii. d. xv. a.

BEatus uir qui in sapiētia morabitur: & qui in iusticia meditabitur: & in sensu cogitabit circūspectionē dei. Cibauit illum pane uite & intellectus: & aqua sapientie salutaris potabit illum: & firmabitur in illo & nō flectetur & continebit illum & non confundetur: & exaltabit illum apud proximos suos: & nomine eterno hereditabit illum dominus deus noster.

¶ Marcelli pape & martyris. Sapientie. Ecclesiastici cap. xliiii.

ECce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo: & inuentus est iustus: & in tempore iracundie factus est reconciliatio. Require supra in festo sancti damasi pape. fo. xlix.

¶ Anthonii abbatis. Lectio sapiētie ecclesiastici. cap. xlv. a.

DIlectus deo & hoibus: cuius memoria in benedictione est. Similē fecit illū in gloria sanctorum & magnificauit eum in timore inimicorum: & in uerbis suis monstra placauit. Glorificauit eum in conspectu regum: & iussit illi stare coram populo suo: & ostēdit illi gloriam suam. In fide & lenitate ipsius sanctum fecit illum: et elegit eum ex omni carne. Audiuit enim uocē ipsius & induxit illum in nube: & dedit illi cor ad precepta: & legem uite & discipline.

¶ Prisce uirginis & martyris. Lectio sapientie cap. viii.

SApientia uincit maliciam: attingit ergo a fine usq ad finem fortiter & disposuit omnia suauiter. Require supra in festo sancte eulalie. fo. xlix.

¶ Fabiani & sebastiani martyrū. Pauli ad hebreos cap. xi. f.

FRatres. Sancti per fidem uicerunt regna: operati sunt iusticiã: adepti sunt repromissiones. Obturauerunt ora leonũ: extinxerunt impetum ignis: effugauerunt acie͂ gladii. Conualerunt de infirmitate: fortes facti sunt in bello. Castra uerterũt exterorũ: acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Alii aũt distenti sunt: non suscipientes redemptionem: ut meliorem inuenirẽt resurrectionem. Alii uero ludibria & uerba experti: insuper et uincula et carceres. Lapidati sunt: secti sunt: tentati sunt: in occisione gladii mortui sunt: circuerunt in meloris & in pellibus caprinis. Egentes: angustiati: afflicti: quibus dignus non erat mũdus. In solitudinibus errãtes: & in montibus: & in spelũcis: & in cauernis terre. Et hi omnes testimonio fidei probati inuenti sunt. In christo iesu domino nostro.

¶ Agnetis uirginis & martyris. Pauli ad corinthios. ii. cap. x.

FRatres. Qui gloriatur in domino glorietur. Require supra in festo sancte leocadie. fo. xlix.

¶ Vincẽtii martyris. Pauli ad thimotheũ. ii. cap. ii. b. & iii. c.

Uerbũ dei nõ est alligatũ.

CHarissime. Memor esto dñm nostrum iesum xp̃m resurrexisse a mortuis ex semine dauid secundũ euangelium meũ: in quo laboro usq; ad uincula: quasi male operãs. Sed uerbũ dei nõ est alligatum. Ideo oĩa sustineo ꝓpter electos: ut et ipsi salutẽ cõsequãtur: q̃ est in xp̃o iesu cũ gloria celesti. Tu aũt assecutus es meã doctrinã: institutionẽ: propositũ: fidẽ: lõganimitatẽ: dilectionẽ: patientiã: ꝑsecutiones: passiones: q̃lia mihi facta sunt antiochie: yconi: listris. Quales ꝑsecutiones sustinui: & ex omnibus me eripuit dñs. Et omnes q̃ uolunt pie uiuere in christo iesu persecutionem patientur.

¶ Illefonsi episcopi. Lectio libri sapientie cap. vii.

OPtaui. & datus est mihi sensus. Et inuocaui & uenit in me spiritus sapiẽtie. Require supra in festo sctĩ isidori. fo. l.

¶ Babile & trium puerorum. Sapientie cap. iii. a.

Tanq̃ aurum in fornace probantur in tribulationibus electi dei.

IVstorum anime in manu dei sunt: & nõ tanget illos tormentũ malicie. Visi sunt oculis insipiẽtium mori: & extimata est afflictio exitus illoꝝ. Et ab itinere iusto abierunt in exterminiũ. Et quod a nobis est iter exterminii illi aũt sunt in pace. Et si corã hominibus tormẽta passi sunt spes illorũ immortalitate plena est. In paucis uexati: in multis bene disponẽtur. Q̃m deus tẽtauit eos & inuenit illos dignos se. Tanq̃ aurũ in fornace probauit illos: & quasi holocausti hostiam accepit eos: & in tẽpore erit respectus illorum. Fulgebunt iusti: & tanq̃ scintille in arũdineto discurrent. Iudicabunt nationes: et dominabũtur populis: & regnabit dñs illorum in perpetuum.

¶ Conuersio sancti pauli. Actuum apostolorum. cap. ix. a.

IN diebus illis. Saulus adhuc spirans minarũ & cedis in discipulos dñi: accessit ad principẽ sacerdotũ: & petiit ab eo epĺas in damascũ ad synagogas ut si quos inuenisset huius uie uiros ac mulieres uinctos perduceret hierusalẽ. Et cũ iter faceret: cõtigit ut appropinquaret damasco. Et subito circũfulsit eũ lux de cęlo: & cadens in terrã audiuit uocẽ dicẽtẽ sibi. Saule saule quid me psequeris? Qui dixit. Quis es dñe? Et ille. Ego sum iesus quẽ tu psequeris. Durũ est tibi cõtra stimulũ calcitrare. Et tremẽs ac stupẽs dixit. Dñe qd me uis facere? Et dñs ad eũ. Surge & ingredere ciuitatem: & ibi dicetur tibi quid te oporteat facere. Viri aũt illi q comitabãtur cũ eo: stabant stupefacti: audiẽtes quidẽ uocẽ: neminẽ aũt uidẽtes. Surrexit aũt saulus de terra: apertisq; oculis nihil uidebat. Ad manus aũt illũ trahentes: introduxerũt damascũ. Et erat ibi tribus diebus nõ uidẽs: & nõ manducauit nec bibit. Erat aũt qdã discipulus damasci noĩe ananias. Et dixit ad illũ in uisu dñs. Anania? At ille ait. Ecce ego dñe. Et dñs ad illũ. Surge & uade in uicũ qui uocat̃ rectus: & q̃re in domũ iude saulũ noĩe tarsensem. Ecce eñi orat. Et uidit uirũ ananiã noĩe introeũtẽ & imponentẽ sibi manus ut uisum recipiat. R̃ndit aũt ananias. Dñe audiui a multis de uiro hoc: quãta mala sc̃tis tuis fecerit in hierusalẽ. Et hic habet potestatẽ a principibus sacerdotũ: alligãdi oẽs qui inuocãt nomẽ tuũ. Dixit aũt ad eũ dñs. Vade qm̃ uas electionis mihi est iste: ut portet nomẽ meũ corã gẽtibus & regibus: & filiis israel. Ego enim ostendã illi quãta oporteat eũ pro noĩe meo pati. Et abiit ananias: & introiuit in domũ: & imponens ei manus dixit. Saule frater: dñs misit me iesus: qui apparuit tibi in uia qua ueniebas: ut uidebas & implearis spũ sc̃tõ. Et cõfestim ceciderũt ab oculis eius tanq̃ squame: & uisum recepit. Et surgẽs baptizatus est. Et cũ accepisset cibũ: cõfortatus est. Fuit aũt cũ discipulis qui erãt damasci p dies aliquot. Et cõtinuo ingressus in synagogas: predicabat iesum: qm̃ hic est filius dei. Stupebãt autẽ omnes qui eum audiebãt: & dicebant. Nõne hic est qui expugnabat in hierusalẽ eos qui inuocabãt nomẽ istud? Et huc ad hoc uenit: ut uinctos illos duceret ad principes sacerdotũ. Saulus autem multo magis conualescebat: & confundebat iudeos qui habitabant damasci: affirmans quoniam hic est christus.

Saule saule quid ꝛc. valla. Grece est saul saul ꝛ ratio dicta: qz sic hebraice vocabatur qua ligua dñs ad eum loquebatur. nã de progenie for sitã regia saul erat ꝛ ei dominus exprobabat nomen q sic eum iste psequebat vt saul psecutus fuerat dauid vñ xp̃e cõfidus. et ita appellauit euz postea ananias dicens saul frater.

Item viri aũt qui comitabãtur cum eo. nimis inculta oratio. erat eñi dicẽdũ q cũ eo iter faciebant.

Itez apertisq; oculis nihil videbat greçe ẽ neminem videbat.

Itẽ ad manus aũt. ꝛc. Durũ est verbũ trahere manibus quasi inuictũ ꝛ reluctantez nec vna tñ manu sed manibus quasi multorũ. ergo trãsferẽdũ erat manu autem illũ ducẽtes adduxerũt damascũ ꝛ nõ introduxerũt. Introduci eñi is dicitur non qui per iter ducitur sed qui intromittit̃. q. de ianua vel porta in domum vel in vrbem.

Brigide uirginis. Lectio sapiẽtie Ecclesiastici capi. li. b. ✝

DOmine deus meus: exaltasti super terram habitationem meã: & pro morte defluẽti deprecata sum. Inuocaui dñm patrẽ dñi

mei:ut non derelinquat me in die tribulationis mee: & in tempore superborum sine adiutorio. Laudabo nomen tuum assidue: & collaudabo illud in confessiõe:& exaudita est oratio mea. Liberasti me de perditione:& eripuisti me de tempore iniquo. Propterea confitebor:& laudem dicam nomini tuo domine deus noster.

+ ℭ Ignatii epi & marty. Lectio sapiẽtie eccliastici. cap. xxxi. a.

Beatus uir qui inuentus est sine macula:& qui post aurũ nõ abiit nec sperauit in pecunie thesauris. Quis est hic & laudabimus eũ? Fecit enim mirabilia in uita sua. Qui probatus est in illo: & perfectus iuẽtus est:& erit illi gloria eterna. Qui potuit trãsgredi & nõ est trãsgressus:& facere mala & non fecit. Ideo stabilita sunt bona ipsius in dño:& elemosynas illius enarrabit omnis ecclesia sanctorũ.

ℭ Purificatio beate marie. Lectio malachie prophete cap. iii. a.

Marci. i. a.
Luce. vij. d.

Hec dicit dñs deus. Ecce ego mitto angelũ meum:& preparabit uiam ante faciẽ tuam. Et statim ueniet ad templũ sanctũ suum dominator quem uos queritis:& angelus testamenti quem uos uultis. Ecce uenit dicit dominus exercituũ. Et quis poterit cogitare diẽ aduentus eius? Et quis stabit ad uidendum eum? Ipse enim quasi ignis conflans:& quasi herba fulonum. Et sedebit conflans:& emundans argentum:& purgabit filios leui:& conflabit eos quasi aurum & quasi argentum:& erunt domino offerentes sacrificia in iusticia. Et placebit domino sacrificium iuda & hierusalem: sicut dies seculi & sicut anni antiqui. Dicit dominus omnipotens.

ℭ In cathedra sancti petri. Lectio beati petri apostoli. i. cap. i. a.

Petrus apostolus iesu christi: electis aduenis dispersionis: ponti: galatie: capadocie: asie:& bithinie secundum prescientiam dei patris in sanctificatione spiritus: in obedientiam & aspersionem sanguinis iesu christi: gratia uobis & pax multiplicetur. Benedict⁹ deus & pater domini nostri iesu christi: qui secũdum magnam misericordiam suam regenerauit nos in spem uite eterne per resurrectioné iesu christi ex mortuis in hereditatem incorruptibilem & incontaminatam:& immarcessibilẽ conseruatam in celis: in uobis qui in uirtute dei custodimini per fidem: in salutem paratam reuelari in tempore nouissimo. In quo exultabitis modicum nunc si oportet cõtristari in uariis tẽtationibus: ut probatio uestre fidei multo preciosior sit auro quod per ignem probatur: inueniatur in laudem & gloriam & honorem & reuelationem iesu christi domini nostri.

+ ℭ Sancte helene. Lectio sapientie prouerbiorum cap. xxxi. b.

Helena ante penultimam.

Mulierem fortem quis inueniet? Procul & de ultimis finib⁹ precium eius. Confidit in ea cor uiri sui:& spoliis non indigebit.

Reddet ei bonum & non malum omnibus diebus uite sue. Quesi/
uit lanam & linum: & operata est consilio manuum suarum. Facta
est quasi naui institoris: de longe portás panem suum. De nocte sur/
rexit: deditq; predam domesticis suis: & cibaria ancillis suis. Consi/
derauit agrum et emit eum de fructu manuum suarum plátauit ui/
neam. Accinxit fortitudine lumbos suos: & roborauit brachium su
um. Gustauit & uidit quoniam bona est negociatio eius. Non extin/
guetur in nocte lucerna eius. Manum suam misit ad fortia: & digiti
eius apprehenderunt fusum. Manum suam aperuit inopi: & palmas
suas extendit ad pauperem. Non timebit domui sue a frigoribus ni/
uis: omnes enim domestici eius uestiti sunt duplicibus. Strangulatá
uestem fecit sibi: byssus & purpura indumétum eius. Nobilis in por/
tis uir eius quando sederit cum senatoribus terre. Sindonem fecit &
uendidit & cingulum tradidit chananeo. Fortitudo & decor indu/
mentum eius: et ridebit in die nouissimo. Os suum aperuit sapientie
& lex clementie in lingua eius. Considerauit semitas domus sue: &
panem ociosa non comedit. Surrexerunt filii eius & beatissimá pre/
dicauerunt: & uir eius laudauit eam. Multe filie congregauerunt di
uitias: tu supergressa es uniuersas. Fallax gratia: & uana est pulchri/
tudo. Mulier timens deum ipsa laudabitur. Date ei de fructu manu/
um suarum: & laudent eam in portis opera eius. +

¶ Gregorii pape. Lectio sapientie ecclesiastici cap̄.xlvii.b.

Dedit dominus cófessioné sancto suo: & excelso in uerbo glo/
rie. De omni corde suo laudauit dn̄m & dilexit deum qui fe/
cit illū: & dedit illi cótra inimicos potestaté. Et stare fecit cátores có
tra altare: et in sono eorū dulces fecit modos. Et dedit in celebratio
nibus decus: & ornauit tépora usq; ad consumationé uite. Christus
purgauit peccata ipsius: & exaltauit in eternum cornu eius. Sapien/
tia laudauit animam suá: et in domino honorificabitur & in medio
populi sui gloriabitur: & in plenitudine scá admirabitur. Et in mul
titudine electorum habebit laudé: & inter benedictos benedicetur.

¶ Gabrielis archangeli. Lectio danielis prophete cap̄.ix.f. +

Ecce uir gabriel quem uiderá in uisione a principio cito uolans
tetigit me: in tempore sacrificii uespertini et docuit me: & locu/
tus est mihi: dixitq; daniel. Nunc egressus sum ut docerem te: & in/
telligeres. Ab exordio precum tuarum egressus est sermo. Ego au/
tem ueni ut indicarem tibi: quia uir desideriorum es. Tu uero ani/
maduerte sermoné: & intellige uisionem. Septuaginta hebdoma/
de abbreuiate sunt super populum tuum: & super urbem sanctam tu
am ut consumatur preuaricatio: & finem accipiat peccatum: & de/

tis: gementes pre angustia spiritus: dicẽtes intra se: penitentiam agẽtes: & p̄ angustia spũs gemẽtes. Hi sũt quos aliquãdo habuim⁹ i derisum: & in similitudinem improperii. Nos insensati uitã illorum extimabamus insaniam: & finẽ illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios dei: & inter sanctos sors illorum est.

¶ Inuẽtio sancte crucis. Pauli ad galathas cap. v. b. & . vi. c.

FRattes. Cõfido de uobis in dño: q̄ nihil aliud sapietis. Qui aũt cõturbat uos: portabit iudiciũ: quicũq̨ est ille. Ego aũt si circũcisionẽ adhuc p̄dico: quid adhuc p̄secutionẽ patior? ergo euacuatũ est scãdalũ crucis. Vtinã abscindant̄ q uos cõturbãt. Quicũq̨ enĩ uolũt placere i carne: hi cogũt uos circũcidi: tãtũ ut crucis xp̄i p̄secutionẽ nõ patiant̄: nec enĩ q circũcidũtur legẽ custodiũt: sed uolunt uos circũcidi ut i carne ur̄a glorient̄ur. Mihi aũt absit gloriari nisi i cruce dñi nr̄i iesu xp̄i. Per quẽ mihi mũdus crucifixus est: & ego mundo.

Qui vos conturbãt. Grẽ. est qui vos cõmouẽt siue de statu submouent.
In cruce xp̄i est gloriandũ.

¶ Gordiani & epimachi. Lectio libri sapientie cap. x. d.

REdit deus mercedẽ laborũ sanctoꝝ suorũ: & deduxit illos in uia mirabili: & fuit illis in uelãmẽto diei: & in luce stellarũ per noctẽ. Trãstulit illos p mare rubrũ: & transuexit eos p aquã nimiã. Inimicos aũt illorũ demersit in mare: & ab altitudine inferoꝝ deduxit illos. Ideo iusti tulerũt spolia impioꝝ: & decãtauerũt dñe nomẽ sanctũ tuũ. Et uitricẽ manũ tuã laudauerũt pariter dñe deus noster.

¶ Sancti yuonis. Lectio sapientie cap. x. b.

IVstũ deduxit dñs p uias rectas: & ostẽdit illi regnũ dei: & dedit illi scientiam sanctorum. Honestauit illum in laboribus: & cõpleuit labores illius. In fraude circũuenientiũ illũ affuit illi: & honestũ fecit illum. Custodiuit eum ab inimicis: & a seductoribus tutauit eũ: & certamen forte dedit illi ut uinceret & sciret q̄m oĩm potentior est sapiẽtia. Hec uẽditũ iustũ nõ dereliquit: sed a peccatoribus liberauit eum. Descenditq̨ cum illo in foueam: & in uinculis non dereliquit eum donec afferret illi regni sceptrũ & potentiam aduersus eos qui eum deprimebant: & mendaces ostendit qui maculauerũt illum: et dedit illi claritatem eternam dominus deus noster.

Gen. xxxvi. b.

¶ Nichomedis & reueriani. Lectio ad corinthios. i. cap. iiii. c.

FRattes. Spectaculũ facti sumus mũdo & angelis & hominibus. Nos stulti propter xp̄m: uos autẽ prudentes in xp̄o. Nos infirmi: uos autem fortes. Vos nobiles: nos autẽ ignobiles. Vsq̨ in hanc horã & esurimus & sitimus & nudi sumus: & colaphis cedimur: & instabiles sumus: & laboramus operantes manibus nostris. Maledicimur & benedicimus. Persecutionẽ patimur: & sustinemur. Blasphemamur & obsecramus. Tanq̃ purgamẽta huius mũdi facti sumus

Facti sumus oium pipsema. Valla. Miror cur hoc nomẽ nõ trãsfert interp̄res si minus p vnũ vocabulum certe p plura: nõ tñ nomen est qđ p latino accepiũ sit hoc est

cui⁹ significatio apta sit cū pfertim scribi latine non possit ac ne pnūciari qdē suo accentu. ego aūt sit dixissem. facti sumus olim pulvis vestigiorū.

omnium peripsema: usq; adhuc. Non ut cōfundam uos hęc scribo: sed ut filios meos charissimos moneo in xp̄o iesu dn̄o nostro.

℄ Marcellini & petri martyrum. Apocalipsis cap. vii. d.

IN diebus illis. Respōdens unus de senioribus dixit mihi. Beati qui amicti sunt stolis albis. Qui sunt: & unde uenerūt? Et dixit illi. Dn̄e mi tu scis. Et dixit mihi. Hi sunt qui uenerunt de magna tribulatione & lauerunt stollas suas: & dealbauerunt eas in sanguine agni. Ideo sunt ante thronum dei: & seruiūt ei die ac nocte in tēplo eius. Et qui sedet in throno: habitabit super eos. Nō esurient: nec sitient amplius: nec cadet super eos sol nec ullus ęstus. Quoniā agn⁹ qui in medio throni est reget eos: & deducet eos ad uite fontes aquarum. Et absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum.

℄ Cyrici & iulite. Lectio sapientie cap. v. c.

IVsti autem in perpetuum uiuent: & apud dn̄m est merces eorū: & cogitatio illorum apud altissimum. Ideo accipient regnum decoris: & diadema speciei de manu domini: quoniam dextera sua teget eos: & brachio sancto suo defendet illos. Accipient armaturā zeli illius: & armabit creaturam ad ultionem inimicorum. Induent pro thorace iusticiam: & accipient pro galea iudicium certum. Sument autem scutum inexpugnabile equitatem: ibūt directe promissiones. Et ad certum locum deducet illos dominus deus noster.

℄ Geruasi & prothasii. Lectio ad romanos cap. viii. f.

FRatres. Scimus qm̄ diligētib⁹ deū oīa cooperātur in bonū: his qui secundū propositū uocati sunt sc̄ti. Nā quos p̄sciuit & p̄destinauit conformes fieri imagini filii sui: ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autē p̄destinauit: hos & uocauit. Et quos uocauit: hos & iustificauit. Quos aūt iustificauit illos: & magnificauit. Quid ergo dicemus ad hęc? Si deus pro nobis: quis cōtra nos? Qui etiā p̄prio filio suo nō pepercit: sed p̄ nobis oībus tradidit illū. Quomodo nō etiā cum illo oīa nobis donauit. Quis accusabit aduersus ellectos dei? Deus qui iustificat. Quis est qui cōdēnet? Xp̄s iesus qui mortuus est: immo & q resurrexit: qui est ad dexterā dei: qui etiā interpellat p̄ nobis. Quis ergo nos separabit a charitate xp̄i? Tribulatio: an angustia: an persecutio: an fames: an nuditas: an periculū: an gladius? Sicut scriptū est. Quia p̄pter te mortificamur tota die: estimati sumus sicut oues occisionis. Sed in his oībus superamus p̄pter eū qui dilexit nos. Certus sum eñ quia nec mors: nec uita: nec angeli: nec principatus: nec potestates: nec uirtutes: nec instātia: nec futura: nec fortitudo: nec altitudo: nec profundū: nec creatura alia poterit nos separare a charitate dei. Que est in christo iesu dn̄o nostro.

Quomō non etiā cū illo oīa nobis dōauit Val. Vondu3 dōauit nobis oīa deus. ideo cplegendu3 est donauit vt est grece.

Psal. xliii.

¶ In uigilia sancti ioannis baptiste. Hieremie pphete cap.i.b.

IN diebus illis. Factum est uerbum domini ad me dicēs. Priusq̄ te formarem in utero noui te: & anteq̄ exires de uulua sanctifi/ caui te: & prophetā in gentibus dedi te: & dixi. a. a. a. domine deus. Ecce nescio loqui quia puer ego sum. Et dixit dominus ad me. No/ li dicere quia puer ego sum: quoniā ad oīa que mittam te ibis: & uni uersa que mandauero tibi loqueris. Ne timeas a facie eorū quia ego tecū sum & eruam te dicit dominus. Et misit dn̄s manum suam: & tetigit os meum. Et dixit dn̄s ad me. Ecce dedi uerba mea in ore tuo Ecce cōstitui te super gentes & super regna: ut euellas & destruas: & disperdas: & dissipes: & edifices: & plantes. Dicit dominus omps. Hiere.xiii.b.

¶ In die scti ioannis baptiste. Esaye pphete cap.xli.g.&.xlii.a.

HEc dicit dominus deus. Primus ad syō dicet: ecce adsum: & hie rusalem: euāgelistam dabo. Ecce seruus meus suspiciam eum Matth.xii.b. electus meus complacuit sibi in eo anima mea. Dedi spiritum meū super eum: iudicium gentibus proferet. Non clamabit nec accipiet personam: nec auditur foris uox eius. Calamum quassatum nō con teret & lignum fumigans non extinguet. In ueritate educet iudiciū: non erit tristis nec turbulentus: donec ponat in terra iudicium: & le/ gem eius insule expectabunt. Ego creans cęlos & extendens eos fir/ mans terram & que germinantur ex ea: dans flatum populo qui est super eam. & spiritum calcantibus eam. Ego dominus uocaui te in Esa.xlix.b. iusticiam: & apprehendit manum tuam. Et seruaui te: & dedi te in fę dus populi in lucem gentium: ut aperires oculos cecorum & educe/ res de conclusione uinctum de domo carceris sedentes in tenebris. Ego dominus: hoc est nomē meū. Gloriā meā alteri nō dabo & lau/ dē meā sculptilib⁹: q̄ prima fuerunt ecce uenerūt noua quoq; ego an nuncio: anteq̄ oriantur audita uobis faciā. Dicit dn̄s omnipotens.

¶ Ad missam maiorem. Lectio esaye prophete cap.xlix.a.

HEc dicit dominus deus. Audite insule & attendite populi de lō ge. Dn̄s ab utero uocauit me: de uētre matris mee recordatus est nois mei. Et posuit os meum quasi gladiū acutū: in umbra man⁹ sue protexit me. Et posuit me sicut sagittā electā. In pharetra sua abs cōdit me & dixit mihi. Seru⁹ meus es tu israel: quia in te gloriabor. Et nūc hęc dicit dn̄s. Formās me ex utero seruū sibi. Dedi te in lucē Esa.xlii.b gētium: ut sit laus mea usq; ad extremū terre. Reges uidebūt & con/ Actuū.xiii.b. surgēt principes & adorabūt dn̄m deū tuū: & scīm israel q te elegit. Psal.ii.

¶ Ioannis & pauli. Lectio pauli ad romanos cap.viii.g.

FRatres. Quis nos separabit a charitate dei? Tribulatio: an an/ Psal.xliii. gustia: an persecutio: an fames: an nuditas: an periculum: an

gladi⁹? Sicut scriptū est. Quia propter te mortificamur tota die: esti/ mati sumus sicut oues occisionis. Sed in his oībus superamus ꝓpter eū qui dilexit nos. Certus sum eñ quia nec mors: nec uita: nec ange li: nec principatus: nec potestates: nec uirtutes: nec instātia: nec futu/ ra: nec fortitudo: nec altitudo: nec ꝓfundū: nec creatura aliqua po/ terit nos separare a charitate dei. Que est in xp̄o iesu dn̄o nostro.

¶ In uigilia petri & pauli. Lectio actuū ap̄torū cap. iii. a.

IN diebus illis. Petrus & ioannes ascendebant in templū ad ho/ ram orationis nonam. Et quidam uir qui erat claudus ex utero matris sue baiulabatur: quem ponebant cotidie ad portam templi q̄ dicitur speciosa: ut peteret elemosynam ab introeuntibus in tēplū. Is cū uidisset petrum & ioannem incipientes introire in templū: ro/ gabat ut elemosynā acciperet. Intuēs autem in eum petrus cū ioan/ ne dixit. Respice in nos. At ille intēdebat in eos: sperās se aliquid ac/ cepturū ab eis. Petrus aūt dixit. Argētum & aurū nō est mihi: quod aūt habeo hoc tibi do. In noīe iesu xp̄i nazareni surge & ambula. Et apprehensa manu eius dextera alleuauit eum & protinus consolida te sunt bases eius & plante: & exiliēs stetit & ambulabat. Et intrauit cū illis in tēplum: ambulās & exiliens & laudās deum. Et uidit oīs po pulus eū ambulantē & laudantē deum. Cognoscebāt autē illū: q̄m ipse erat qui ad elemosynā sedebat ad speciosam portā templi. Et re pleti sunt omnes stupore & extasi: in eo quod contingerat illi.

Ambulans & exiliens & laudās deū. Ual. In hoc scđo le gendum est sa liens: non exili ens: semel eñ exiliit cū sanus factus ē: post ea vero idem= tidē saliit atq; saltauit.

¶ In die Petri & pauli. Lectio actuū apostolorū cap. xii. a

IN diebus illis. Misit herodes rex magnus: ut affligeret quosdā de ecclesia. Occidit autem iacobum fratrē ioannis gladio: ui/ dens autem quia placeret iudeis apposuit ut apprehenderet & petrū. Erat autem dies azimorum. Quem cum apprehēdisset misit in car/ cerem: tradensq; quattuor quaternionibus militū ad custodiēdum: uolens post pascha producere eum populo. Et petrus quidem serua batur in carcere. Oratio autem fiebat sine intermissione ab ecclesia ad deum pro eo. Cum autē producturus esset eum herodes: in ipsa nocte erat petrus dormiens inter duos milites uinctus cathenis dua/ bus. Et custodes ante ostium custodiebant carcerem. Et ecce ange/ lus domini astitit: & lumen refulsit in habitaculo carceris. Percusso q; latere petri: excitauit eum dicens. Surge uelociter. Et continuo ce ciderunt cathene de manibus eius. Dixit autē angelus ad eum. Pre/ cingere & calcia te caligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi. Circūda tibi uestimentum tuum: & sequere me. Et exiēs sequebatur eum. Et nes/ ciebat quia uerum esset quod fiebat per angelum. Extimabat autē se uisum uidere. Transeuntes autem primam & secundam custodiā

uenerunt ad portam ferream que ducit ad ciuitatem: que ultro aperta est eis. Et exeuntes processerunt uicum unum: & cõtinuo discessit angelus ab eo. Et petrus ad se reuersus dixit. Nũc scio uere: quia misit dominus angelum suum: & eripuit me de manu herodis: & de oĩ expectatione plebis iudeorum.

℄ Pauli apostoli. Lectio pauli ad galathas cap. i. b.

Fratres notum uobis facio euangelium: quod euãgelizatũ est a me quia nõ est secundũ hoiem: nec ego ab hoie accepi illud: nec didici: sed ꝑ reuelationẽ iesu xp̄i. Audistis eñ conuersionẽ meã aliquãdo in iudaismo: qm̃ supra modũ persequebar ecclesiã dei: & expugnabã illã: & proficiebã in iudaismo supra multos coetaneos meos in genere meo: abundantius emulator existẽs paternarũ mearum traditionum. Cũ aũt placuit ei qui me segregauit ex utero matris mee: & uocauit per gratiã suã: ut reuelaret filiũ suũ in me: ut euãgelizarẽ illum in gentibus: cõtinuo nõ acquieui carni & sanguini: nec ueni hierosolymã ad antecessores meos apl'os: sed abii in arabiã & iterũ reuersus sum damascũ. Deinde post annos tres ueni hierosolymã uidere petrũ: & mãsi apud eũ diebus quindecim. Aliũ aũt apostolorũ uidi neminẽ: nisi iacobũ fratrẽ dñi. Que autẽ scribo uobis: ecce corã deo quia nõ mẽtior. Deinde ueni ĩ partes syrie & cilitie. Erã aũt ignotus facie ecclesiis iudee: que erãt in xp̄o. Tãtũ aũt auditum habebant: qm̃ qui ꝑsequebat nos aliquãdo: nunc euãgelizat fidem quã aliquãdo expugnabat. Et in me clarificabant dñm iesum xp̄m.

Itẽ tantũ aũt auditum habebãt. Melius esset. tantũ audierã. Grece namq; est tantum autẽ audientes fuerunt.

Persequebar ecclesiã dei: & expugnabã illã. Gal. Contumelia fit deo cui⁹ ecclia dr expugnari: ergo oppugnabã non eñ expugnabat .i. oppugnando capiebat. Item nec veni hiero. Gre. est nec rediĩ hierosoĩ. ad eos q̃ fuerãt ante me apostoli.

℄ In octauo die scti ioannis. Pauli ad epheseos cap. iiii. b. +

Fratres. Vnicuiq; nostrũ data est gratia secũdũ mẽsurã: donationis xp̄i. Propter quod dicit. Ascendens in altum captiuam. Require supra in uigilia ascensionis. fo. xxx.

℄ In die uisitationis beate Marie. Lectio iudith cap. xv. c.

Benedixerunt illã oẽs una uoce dicẽtes: tu gloria hierusalẽ: tu leticia israel: tu honorificiẽtia populi nostri: quia fecisti uiriliter: & confortatũ est cor tuũ: eo ꝙ castitatem amaueris. Ideoq; manus domini confortauit te: et eris benedicta in eternum.

℄ In octauo die petri & pauli. Sapĩe ecclesiastici. capi. xliiii. b.

Hi sũt uiri misericordie quoꝝ iustitie obliuionẽ nõ acceperũt. cũ semine eoꝝ permanẽt bona: hereditas sancta nepotes eorũ. Et in testamẽtis stetit semẽ eoꝝ: & filii eoꝝ propter eos usq; in eternum manẽt. Generatio eorum & gloria eorũ non derelinquetur. Corpora eorũ in pace sepulta sunt: & noĩa eorũ uiuẽt in secula. Sapiẽtiam eorũ narrẽt populi & laudẽ eorũ pronũciet oĩs ecclesia sanctorum.

¶ Apolinaris martyris. Ad timotheum.i.cap.ii.b.&.iii.c.

CHarissime. Memor esto dñm nostrũ iesum christũ resurrexisse a mortuis. Require supra in festo sctí uincẽti. fo. li.

+ ¶ Germani episcopi & cõfessoris. Ad timotheum.ii.ca.iiii.a.

CHarissime. Testificor corã deo & xp̃o iesu qui iudicaturꝰ est ui uos & mortuos: & per aduẽtũ ipsius & regnũ eius. Predica uer bũ: insta opportune: in opportune argue. Obsecra. increpa in omni patientia & doctrina. Erit enĩ tẽpus cõ sanã doctrinã nõ sustinebũt: sed ad sua desideria coacervabũt sibi magistros prurientes auribus: & a ueritate quidẽ auditum auertent: ad fabulas autẽ cõuertentur. Tu uero uigila: in oĩbus labora: opus fac euãgeliste: ministerium tuum imple: sobrius esto. Ego enĩ iã delibor: & tẽpus mee resolutionis in stat. Bonum certamẽ certaui: cursum cõsumaui: fidẽ seruaui. In re liquo reposita est mihi corona iusticie quã reddet mihi dñs in illa die iustus iudex. Nõ solũ aũt mihi: sed & his q diligũt aduẽtum eius.

In oĩbus labora. Ualla. Fere grece est tolera siue vt ad verbũ trãsferam mala tolera. Item sobrius esto. nõ est grece textus iste.

+ ¶ Stephani prothomartyris. Lectio ad hebreos cap.xiii.b.

FRatres. Doctrinis uariis & peregrinis nolite abduci. Optimũ est enĩ gratia stabilire corã nõ escis que nõ profuerũt ambulãti bus in eis. Habemus enĩ altare de quo edere nõ habẽt potestatem qui tabernaculo deseruiunt. Quorum enĩ animalium infertur sanguis pro peccato in sancta per põtificẽ: horũ corpora cremãtur extra ca stra. Propter quod & iesus ut sctĩficaret p suũ sãguinẽ populũ: extra portã passus est. Exeamus igitur ad eũ extra castra: improperiũ eiꝰ por tantes. Nõ enĩ habemus hic manentẽ ciuitatẽ: sed futurã inqrimus. Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semp deo: idest fructum labioꝝ confitẽtium nomini eius. Beneficẽtie autẽ & communionis nolite obliuisci. Talibus enim hostiis promeretur deus.

Ciuitatem manentem non habet in hoc mũdo fideles xp̃i.

+ ¶ Marie de niuibus. Lectio sapie. Ecclesiastici cap.xxiiii.b.

AB initio & ante secula creata sum: & usq ad futurũ seculũ nõ de sinã: & in habitatione sctã corã ipso ministraui. Et sic in syõ fir mata sum & in ciuitate sanctificata similiter requieui: & ĩ hierusalẽ potestas mea. Et radicaui in populo honorificato: & in partes dei mei hereditas illius. Et in plenitudine sanctorum detentio mea.

¶ Transfiguratio domini. Lectio petri apostoli.ii.cap.i.c.

FRatres. Dabo autẽ operã & frequenter habere uos post obitũ meũ: ut horum omnium memoriam faciatis. Nõ enim indo ctas fabulas secuti notã fecimus uobis dñi nostri iesu christi uirtutẽ & prescientiã: sed speculatores facti illius magnitudinis. Accipiens enim a deo patre honorẽ & gloriã. Voce delapsa ad eũ huiusmodi a magnifica gloria. Hic est filius meus dilectꝰ: in quo mihi cõplacui

Dabo aũt operã & freqnter. Grece non est. freqnter sed semper. Matth.xvij.d.

ipsum audite. Et hanc uocem nos audiuimus de celo allatam: cum essemus cū ipso in mōte sancto. Et habemus firmiorem propheticū sermonē: cui benefacitis attendentes: quasi lucerne lucenti in caliginoso loco donec dies illucescat: & lucifer oriatur in cordib⁹ uestris.

ℭ Ciriaci largi & smaragdi. Pauli ad hebreos cap.x.f.

FRatres. Rememoramini pristinos dies: in qb⁹ illuminati magnū certamē sustinuistis passionū. Et in altero quidē opprobriis & tribulationibus spectaculū facti: in altero aūt socii taliter conuersantiū effecti. Nā uinctis cōpassi estis: & rapinā bonoꝝ uestroꝝ cum gaudio suscepistis: cognoscētes uos habere meliorē & manentē substātiam. Nolite itaqꝫ amittere confidentiā uestrā que magnā habet remunerationē. Patiētia enim uobis necessaria est: ut uoluntatē dei faciētes: reportetis promissionē. Adhuc enim modicū aliquātulū q uenturus est ueniet: & non tardabit. Iustus autem meus ex fide uiuit.

Item nam ꝛ vinctis compassi ꝛc. Hic locus precipue probat hanc epistolam esse pauli cum dicat compassi estis vinculis meis non vinctis.
Item iustus autem ex fide viuit. legendum est viuet in fide.

Et in altero qdē opprobriis. ꝛc. Vall. Pro bis in altero a pertius transferretur bis tum. Itez spectaculū facti. Grē. dicitur theatro expositi. i. theatrizati.

ℭ Sācti laurentii. Ad corinthios.ii.cap.ix.b.

FRatres. Qui parce seminat: parce & metet: & q seminat in benedictionibus: de benedictionibus et metet. Vnusquisqꝫ prout destinauit in corde suo: nō ex tristicia aut ex necessitate. Hilarē autē datorem diligit deus. Potens est enim deus omnē gratiā abūdare facere in uobis: ut in omnibus semp omnē sufficiētiam habētes: abundetis in omne opus bonū: sicut scriptū est. Dispersit dedit pauperib⁹: iusticia eius manet in seculum seculi. Qui autē administrat semē seminanti: & panem ad manducandum prestabit. Et multiplicabit semen uestrum. Et augebit incrementa frugum iusticie uestre.

Hilaris et hoc re. siue hilarus penultimā corripit.
Psal.cxj.

ℭ In uigilia assumptionis beate Marie. Lectio sapientie. Ecclesiastici cap.xxiiii.c.

EGo quasi uitis fructificaui suauitatem odoris & flores mei fructus honoris & honestatis. Ego mater pulchre dilectionis & timoris & magnitudinis & sancte spei. In me omnis gratia uie & ueritatis: in me omnis spes uite & uirtute. Transite ad me omnes qui concupiscitis me: & a generationibus meis adimplemini. Spiritus em̄ meus sup mel dulcis: & hereditas mea sup mel & fauū. Memoria mea in generatiōe seculorū. Qui edūt me adhuc esurient: & qui bi-

requieuit in tabernaculo meo. Et dixit mihi. In iacob inhabita: & in israel hereditare: & in electis meis mitte radices. Ab initio & ante secula creata sum: & usq ad futurũ seculũ nõ desinã: & in habitatione sctã corã ipso ministraui. Et sic in syon firmata sum & in ciuitate santificata similiter requieui: & in hierusalẽ potestas mea. Et radicaui in populo honorificato: & in partes dei mei hereditas illi⁹: & in plenitudine sanctoꝝ detẽtio mea. Quasi cedrus exaltata sũ in libano: & quasi cypressus in mõtẽ syõ. Quasi palma exaltata sum in cades: & q̃si plãtatio rose i hierico. Quasi oliua speciosa in cãpis: & quasi platanus exaltata sũ iuxta aq̃s. In plateis sicut cynamomũ & balsamum aromatizãs odorẽ dedi. Quasi mirrha electa dedi suauitatẽ odoris.

℄ Decollatio sancti Ioannis. Ad hebreos cap. ix. g.

FRatres. Sancti ludibria & uerbera experti: insuper & uincula & carceres: lapidati sũt. Reqre supra in festo fabiani & seba. f. li.

℄ Natiuitas sancte Marie. Lectio sapie ꝓuerbio. cap. viii. c.

DOminus possedit me ab initio uiarũ suarũ: anteq̃ quicq̃ faceret a principio. Requite supra in cõceptio. btẽ marie. fo. xlix.

℄ Exaltatio sancte crucis. Pauli ad philippẽses cap. ii. a.

CHristus factus est pro nobis obediẽs usq ad mortẽ: mortẽ autẽ crucis. Propter quod et deus exaltauit illum: & donauit illi nomẽ: quod est super omne nomẽ: ut in nomine iesu omne genu flectatur celestium terrestrium: & infernorum. Et omnis lingua confiteatur quia dominus noster iesus christus in gloria est dei patris.

℄ Sancti matthei. Ezechielis prophete cap. i. c.

SImilitudo uultus quattuor animalium: facies hoĩs & facies leonis. Requite supra in festo sancti marci. Fo. liii.

℄ Michaelis archãgeli. Lectio apoca. Ioannis apl̃i cap. i. a.

IN diebus illis. Significauit deus que oportet fieri cito: loquens per angelũ suũ seruo suo ioanni: qui testimoniũ perhibuit uerbo dei: & testimoniũ iesu xp̄i quecũq uidit. Beatus qui legit & q audit uerba prophetie hui⁹: & seruat ea que in ea scripta sunt. Tempus enim prope est. Ioães septem ecclesiis que sunt in asia: gratia uobis et pax ab eo qui est: qui erat: & qui uenturus est. Et a septem spiritib⁹ qui in conspectu throni eius sunt: & a iesu christo qui est testis fidelis primogenitus mortuorũ & princeps regnum terre: qui dilexit nos & lauit nos a peccatis nostris in sãguine suo.

Qui testimonium ꝑhibuit. &c. Ual. Ego dixissem sicuti est grece. qui testatus ẽ verbũ dei et testimonium iesu christi. Hebr. ix. e. J. Joan. j. d.

Jtẽ verba ꝓphetie hui⁹ nõ legitur grg. hui⁹ estq generalis sententia de oĩ ꝓphetia.

℄ In uigilia omniũ sanctoꝝ. Lectio apoca. Ioan. apl̃i. cap. v. b.

ECce ego ioannes uidi in medio throni & quattuor animalium & in medio seniorũ: agnũ stãtẽ tanq̃ occisum: habentẽ cornua

ſeptem & oculos ſeptem qui ſunt ſeptem ſpiritus dei miſſi in omnẽ
terrã. Et uenit & accepit de dextera ſedẽtis in throno librũ. Et cũ ape
ruiſſet librũ: quattuor aĩalia & uiginti quattuor ſeniores ceciderunt
corã agno: habẽtes ſinguli citharas et phialas aureas plenas odora-
mentoꝝ: que ſunt orationes ſanctorum: & cãtabãt canticum nouũ
dicẽtes. Dignus es domine accipere librũ: & aperire ſignacula eius:
qm̃ occiſus es: et redemiſti nos deo in ſanguine tuo ex omni tribu &
lingua et populo et natione: & feciſti nos deo noſtro regnũ & ſacer-
dotes: & regnabimus ſup terrã. Et uidi & audiui uocẽ angeloꝝ mul
torũ in circuitu throni: & animaliũ & ſeniorum & erat numerus eo
rũ milia miliũ dicẽtium uoce magna. Dignus eſt agnus qui occiſus
eſt accipere uirtutẽ: & diuinitatẽ et ſapiẽtiã: & fortitudinem: & hono
rem: & gloriam: & benedictionem: in ſecula ſeculorum amen.

Item milia miliũ. Nõ potuit lingua latina implere magis grecam veritatem in qua numerus immenſus ſignificatur.

℄ In die. Lectio apoca. beati Ioannis apoſtoli cap. vii. e.

Ecce ego ioannes uidi alterum angelũ aſcendẽtẽ ab ortu ſolis:
habentẽ ſignum dei uiui: & clamauit uoce magna quattuor an
gelis: quibus datũ eſt nocere terre & mari dicẽs. Noli nocere terre
& mari: nec arboribus: quoadusq; ſignemus ſeruos dei nr̃i in frõtib⁹
eorũ. Et audiui numerũ ſignatoꝝ cẽtũ quadraginta quattuor mi-
lia ſignati: & ex omni tribu filioꝝ iſrael. Ex tribu iuda: duodecim mi
lia ſignati. Ex tribu rubẽ: duodecĩ milia ſignati. Ex tribu gath: duo-
decim milia ſignati. Ex tribu aſſer: duodecim milia ſignati. Ex tribu
neptalim: duodecim milia ſignati. Ex tribu manaſſe: duodecim mi
lia ſignati. Ex tribu ſymeon: duodecim milia ſignati. Ex tribu leui:
duodecim milia ſignati. Ex tribu yſachar: duodecim milia ſignati.
Ex tribu zabulõ: duodecim milia ſignati. Ex tribu ioſeph: duodecim
milia ſignati. Ex tribu bẽiamin: duodecim milia ſignati. Poſt hec ui
di turbã magnã: quã dinumerare nemo poterat ex oĩbus gẽtibus &
tribub⁹: & populis et linguis: ſtãtes ante thronũ: & in cõſpectu agni
amicti ſtolis albis: & palme in manibus eoꝝ. Et clamabãt uoce mag
na dicentes. Salus deo nr̃o: qui ſedet ſup thronũ et agno. Et omnes
angeli ſtabant in circuitu throni & ſeniorum & quattuor animali
um. Et ceciderunt in cõſpectu throni in facies ſuas: & adorauerunt
dm̃ dicentes: amẽ. Benedictio & claritas & ſapientia & gratiarũ a-

Phiala. ante penul. acuit.

Et feciſti nos deo nr̃o reg. & ſacer. & regna ſuper terrã. g. eſt vt ait valla. Feciſti ipſos hoc eſt nõ ſolũ nos. xp̃iſ ſed etiã alios. Itẽ reges et nõ regnum: vt cõueniat cum illo ſacerdotes. Et regnabunt & non regnabimus.

Et tribu iuda duodecim milia ſignati &c. Val. Non legitur grece ſicut apud nos in ſingulis tribubus ſignati: ſ; tm̃ in prima & vltima. hoc aũt vocabulum ſignati venit a ſigillo ſiccũ traſfert interpres vt ſciamus etiam poſſe traſferri ſigillati ſi hoc

omni tribulatione nostra: ut possimus et ipsi cõsolari eos qui in omni pssura sunt per exhortationẽ qua exhortamur et ipsi a deo. Quoniam sicut abundant passiones christi in nobis: ita & per christum abundat consolatio nostra. Siue autẽ tribulamur pro uestra exhortatione & salute: siue consolamur pro uestra consolatiõe & salute. Siue exhortamur pro uestra exhortatione & salute: que operat ur tolerantiam earũdem passionum quas & nos patimur: ut spes nostra firma sit pro nobis. Scientes quoniam sicut socii passionum estis: sic eritis & consolationis. In christo iesu domino nostro.

ℭ In natali plurimarum uirginũ. Ad corinthios.i.cap.vii.d.

Fratres. De uirginibus preceptũ dñi nõ habeo: cõsiliũ autẽ do: tanq̃ misericordiam consecutus a dño: ut sim fidelis. Existimo enim hoc bonum esse propter instantem necessitatẽ: quonia bonũ est homini sic esse. Alligatus es uxori: noli querere solutionem. Solutus es ab uxore: noli querere uxorẽ. Si autẽ acceperis uxorẽ nõ peccasti. Et si nupserit uirgo: nõ peccauit. Tribulationẽ tñ carnis habebũt huiusmodi. Ego autem uobis parco. Hęc itaq; dico fratres: tempus breue est. Reliquũ est ut et qui habẽt uxores: tanq̃ nõ habentes sint. Et qui flent tanq̃ non flentes. Et qui gaudent: tanq̃ non gaudẽtes. Et qui emunt tanq̃ non possidentes Et qui utũtur hoc mũdo: tã q̃ non utantur. Preterit enim figura huius mũdi. Volo autem uos sine solicitudine esse. Qui sine uxore est solicitus est q̃ dñi sunt: quomodo placeat deo. Qui autem cum uxore est sollicitus est que sunt mundi: quomodo placeat uxori: & diuisus est. Et mulier innupta et uirgo cogitat que domini sunt: ut sit sancta corpore & spiritu.

Et qui vtunt hoc mũdo tanq̃ non vtãtur. Valla. Grece est tanq̃ non abutantur vel vt ad verbum traducãt vtẽtes hoc mundo vti nõ abutentes.

ℭ De trinitate. Ad corinthios.ii.cap.xiii.d.

Fratres. In dño gaudete: perfecti estote: exhortamini: idem sapite. pacẽ habete: & deus pacis & dilectionis erit uobiscũ. Salutate inuicẽ in osculo sancto. Salutant uos oẽs sancti. Gratia dñi nři iesu xpi & charitas dei: & comunicatio sancti spiritus sit semp cum omnibus uobis amen. In christo iesu domino nostro.

ℭ De angelis. Lectio apoca. beati ioannis apři cap.xix.d.

In diebus illis. Dixit mihi angelus. Scribe. Beati qui ad cenam nuptiarum agni uocati sunt. Et dixit mihi. Hęc uerba dei uera sunt. Et cecidi ad pedes eius: ut adorarem eum. Et dixit mihi. Vide ne feceris. Conseruus enim tuus sum & fratrum tuorum habentium testimonium iesu. Deum adora.

ℭ Sancti spiritus. Lectio actuum apostolorum cap.viii.c.

In diebus illis. Cum audissent apostoli qui erant hierosolymis Require supra feria.iii.post penthecostẽ. fo. xxxiii.

¶ Sancte crucis. Lectio ad phlippenses cap̄.ii.

FRatres. Christus factus est pro nobis obediens. Require supra in festo exaltationis sancte crucis. Fo. lvii.

¶ Pro postulanda pace. Lectio ad romanos cap̄.xii.

FRatres. Nolite esse prudentes apud uosmetipsos. Require supra dominica.iii. post epiphaniam. Fo. x.

¶ Pro congregatione. Lectio petri apostoli.i.cap̄.i.c.

CHarissimi. Succinti lumbos mentis uestre: sobrii perfecti sperate in eam que offertur uobis gratiam in reuelatione iesu xp̄i. Quasi filii obediētie: non configurati prioribus ignorātie uestre desideriis. Sed secundum eum qui uocauit uos sanctum: ut et ipsi sancti in omni conuersatione sitis. Quoniam scriptum est. Sancti eritis quoniam ego sanctus sum dominus deus uester. Leui.xvi.a.

¶ Pro familiaribus. Lectio ad Galathas cap̄.vi.a.

FRatres. Si preocupatus fuerit homo in aliquo delicto uos qui spirituales estis: huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. Considerans teipsum: ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate: & sic adimplebitis legem christi.

¶ Pro quacūq; tribulatione. Lectio hieremie ꝓphete cap̄.xiiii.a.

SI iniquitates nostre contenderint cōtra nos: dñe libera nos: q̄si mus fac propter nomē tuū: quoniā multe sunt auersiones nostre. Tibi peccauimus expectatio israel: saluator noster in tempore tribulationis. Tu autem in nobis es dñe & nomē sanctū tuū inuocatum est super nos: ne derelinquas nos domine deus noster.

¶ Pro pluuia. Lectio leuitici cap̄.xvi.

IN diebus illis. Dixit dominus ad moysen. Si in preceptis meis ambulaueritis. Require in uigilia pēthecostes. fo. xxxiiii.

¶ Pro sacerdote. Lectio ad timotheum.i.cap̄.i.c.

CHarissime. Fidelis sermo & omni acceptione dignus: quia xp̄s iesus uenit in hūc mūdū: peccatores saluos facere: quorū primus ego sum. Sed ideo misericordiā cōsecutus sum: ut in me primū ostēderet omnē potētiā: ad informationem eorū qui credituri sunt illi in uitam eternam. Regi autem seculorum immortali inuisibili: soli deo honor & gloria in secula seculorum amen.

¶ Pro auertenda epidimia. Lectio regum.ii. cap̄.xxiiii.c.

IN diebus illis. Dimisit dñs pestilētiā in israel. & mortui sunt ex

Dixitq; dauid ad dñm cũ uidisset angelũ percutiẽtem populũ. Ego sum qui peccaui et qui inique egi: isti qui oues sunt quid fecerũt? Ob secro te domine ut auertatur manus tua contra me: & cõtra domũ patris mei. Venit autem gath propheta dñi ad dauid in die illa: & di xit ei. Ascẽde & cõstrue altare dñm in area iebusei. Et ascendit da- uid iuxta sermonem gath: quẽ preceperat ei dñs omnipotens.

¶ Cõtra psecutores ecclie. Lectio sapie ecclastici cap.xxxvi.a.

Miserere nostri deus omnium & respice nos: & ostẽde nobis lucẽ miserationũ tuarũ: & mitte timorẽ tuum sup gẽtes q̃ nõ exq- sierunt te: & cognoscãt quia nõ est deus nisi tu: ut enarrẽt magnalia tua. Alleua manũ tuã super gẽtes alienas: ut uideant potẽtiam tuã. Sicut enim in cõspectu eorũ sanctificatus es in nobis: sic in conspe- ctu nostro magnificaberis in illis: ut cognoscãt te sicut & nos cogno uimus: quoniam non est deus preter te domine. Innoua signa & im muta mirabilia. Glorifica manum et brachium dextrum. Excita fu rorẽ: & effunde irã. Extolle aduersariũ: & afflige inimicum. Festi- na tẽpus & memẽto finis: ut enarrẽt mirabilia tua dñe deus noster.

¶ Pro infirmis. Lectio iacobi apostoli cap.v.c.

Tristat aliqs vestrũ oret eq animo & psallat. Val. Corrupta est scriptura. Nã legẽdũ ẽ. Tristatur qs siue affligitur. siue in erũna est qs inter vos oret. letus est qs. siue aio leto psallat.

Charissimi. Tristatur aliquis uestrũ: oret equo aio & psallat. In- firmatur quis in uobis: inducat presbiteros ecclesie & orẽt sup eũ: ungentes eum oleo in nomine dñi. Et oratio fidei saluabit infir- mum: & alleuiabit eum dñs. Et si in peccatis sit dimittentur ei. Confi temini ergo alterutrũ peccata uestra: & orate ꝓ inuicẽ ut saluemini.

¶ Pro defunctis. Lectio apocalipsis ioannis apli cap.xiiii.c.

In diebus illis. Audiui uocem de coelo dicentem mihi. Scribe. Beati mortui qui in domino moriuntur. Amodo enim iam di cit spũs: ut requiescãt a laboribus suis. Opa eñi illoꝝ sequũtur illos.

Opera enim illorum sequuntur illos. Latinius diceretur opera enim sua sequuntur illos: seu eos: siue vt grece est sequuntur cum eis.

¶ Machabeorum secundo cap.xii.g.

In diebus illis. Vir fortissimus iudas collatiõe facta: duodecim milia dragmas argẽti misit hierosolimam offerri eas ibi ꝓ pctis mortuoꝝ: iuste & religiose de resurrectione cogitãs. Nisi enim eos qui ceciderãt resurrecturos speraret: superfluũ uideret & uanũ ora- re ꝓ mortuis. Sed quia cõsiderabat: ꝙ hi qui cum pietate dormitio- nẽ acceperãt: optimam haberẽt repositam gratiã. Sancta ergo & sa lubris est cogitatio pro defunctis exorare ut a peccatis soluantur.

Pro dfunctis exorare dbem⁹

¶ Lectio beati Pauli ad thessalonicenses.i.cap.iiii.c.

Fratres. Nolumus uos ignorare de dormientibus ut nõ contri stemini sicut & ceteri qui spẽ nõ habẽt. Si enim credimus ꝙ ie-

sus mortuus est & resurrexit: ita & deus eos qui dormierunt p iesum: adducet cũ eo. Hoc enim uobis dicimus in uerbis dñi: quia nos q ui- uimus: qui residui sumus in aduẽtu dñi nõ preueniemus eos qui dor- mierũt. Q̃m ipse dñs in uisu & in uoce archãgeli: & in tuba dei des- cẽdet de cęlo: & mortui qui in xp̃o sunt: resurgẽt primi. Deinde nos q uiuim⁹ q relinquimur: simul rapiemur cũ illis in nubib⁹ obuiã xp̃o in aera: & sic semp cũ dño erim⁹. Itaq̃ cõsolamini iuicẽ i uerbis istis.

¶ Pauli ad corinthios.i.cap̃.xv.c.

FRatres. Christus resurrexit a mortuis primitie dormientium. Quoniam quidem per hominẽ mors: & per hominẽ resurre- ctio mortuoꝝ. Et sicut in adã oẽs moriuntur: ita & in xp̃o oẽs uiuifi- cabuntur. Vnusquisq̃ autem in suo ordine primitie christus.

¶ Pauli ad corinthios.i.cap̃.xv.g.

FRatres. Ecce misterium uobis dico. Omnes quidẽ resurgem⁹: sed non omnes immutabimur. In momento & in ictu oculi in nouissima tuba. Canet enim tuba & mortui resurgent incorrupti: & nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incor- ruptionẽ: & mortale hoc induere immortalitatẽ. Cũ aũt incorrupti bile hoc induerit incorruptionẽ: & mortale hoc induerit immorta- litatẽ: tũc fiet sermo q scriptus est. Absorta est mors in uictoria. Vbi est mors uictoria tua? Vbi est mors stimulus tuus? Stimul⁹ aũt mor- tis peccatum est. Virtus uero peccati lex. Deo autẽ gratias qui dedit nobis uictoriam. Per dominum nostrum iesum christum.

Osee.xiii.d. Stimul⁹ mor- tis peccatũ est. Lex peccati est virtus.

¶ Habes itaq̃ lector amicissime opus sancte eruditiõis plenissimũ: longeq̃ magis q̃ excogitari potest pium & utile: epistolas uidelicet beati Pauli apostoli cum reliquis epistolis: & prophetiis que in domi nicis feriis & festis sanctorum per totum annum in ecclesia latina cã tari solent: ad plenum nuper collectas: & emendatas. & que idẽtidẽ legebantur cũ remissionibus assignatas: & sacre scripture locis aliis q̃ notatu dignissimis illustratas. Impressasq̃ Hispali mira arte soler tiq̃ ingenio Ioãnis uarela. Anno ex quo uerbum caro factum est: & habitauit in nobis. M.cccccxxvii. tertio Idus Nouembris. Con- sules igitur boni & ęqui & calcographorum erratis (presertim si aliquas dictiones aut syllabas inuersas offenderis: litterasq̃ immu-

Ad lectorem.

Ludouici de linares grãmatices professoris in laudé sui petri nu/ñez delgado cathedratici hispalitani ad lectorem Carmeñ.

Ordiar altisonos si nunc cantare triumphos
  Deficiam petri uiribus ipse meis.
Nam quę scire suum clanget tuba dic mihi lector?
  Qui numeri ascrei: meoniiq senis?
Verba sophocleo loquitur tã digna cothurno
  Prelia qui dixit: uincat ut arma uirum.
Carmina fonte facit diuino plena caballi
  Tulius in prosa est: eloquiiq parens.
Non etiam dicent mea: lector candide: fila
  Presidium quantum contulit iste tibi.
Nec quantum debet petro nunc romula: quantum
  Et nos & cuncti discipuliq sui.
Tempore que nostro nunq̃ percepta fuere
  Omnia: iam splendent lucida facta nimis.
Mendis quę corrupta uolumina sacra peribant
  Veridicam solus attulit iste uiam.
Multa suo nobis dat commoda parta labore
  Dummodo sit uiuus: commoda plura dabit.
Nestoris antiqui superet nunc secula prosper:
  Incolumis: tutus hic sine labe: precor.

Eiusdem Ludouici de linares grammatices professoris ad detractorem Carmen.

Comprime detractor nasum: tu comprime linguam:
  Non laceret petrum rustica musa meum.
Rhinoceros quęso quid prodest rodere petrum:
  Nam canitur uulgo docta minerua sua.
Carmina q nescis: q nescis scribere prosam:
  Carperis inuidia: te laceratq dolor.
Rumperis infelix q tendit ad astra uolatu:
  Omnia q callet: nec reticere uales.
Hortor ut in cunctis detractor turgide linguam
  Corripias posthac: murmura: uerba. caue.

¶ Telos.

